UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Quarto die Mercurij Quadragesimæ: Homilia Vigesimatertia. De traditionibus reprobatis. Tunc accesserunt ad eum ab Hierosolymis Scribæ & Pharisæi, dicentes; quære discipuli tui transgrediuntur ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-52962

Visual Library

Quocirca, ſicut illi in prœmium retributum eſt, vt ſuper omnia Domini noſtri bona conſtituere-tur: *Super omnia opera manuum Dei*, ſic quoque de te dicitur: *Super omnia ſua conſtituet eum* te: titulis Chriſti Domini noſtri exornat: *Quid huic poteſt comparari?* quærit D. Chryſoſto.: *Non ego polliceor, ſed Deus.* Non ait eris D. Petro ſimilis, vel D. Paulo, ſed: *Quaſi os meum eris.* Quibus ieiunijs, operibus pœnitentiæ, alijſque pietatis exercitijs tale retributum eſt prœmium? Tale tibi prœmium addat animos, illamque tam grauem time maledictionem, quam pia prophetiſſa Debbora in ſuo Cantico filijs Ruben imprecabatur, eo quod in auxilium non veniſſent, cum Dei cauſa periclitaretur, vt populum de poteſtate liberarent inimicorum: *Maledicite terræ Meroz, dixit Angelus Domini, maledicite habitatoribus eius, quia non venerunt ad auxilium Domini, in adiutorium fortiſſimorum eius.* Dei pariter metue maledictionem per Moyſen inflictam, Maledictus omnis: *Qui non ædificat domum fratris ſui in Iſrael.* Quis hoc capiat, quærit Manichæus? Nonne virgo, caſtuſque in Euangelio benedicitur? benedicitur; reſpondet D. Auguſtinus. Porro præcipit, vt in illo ſtatu virginali & caſto quiſque ſtudeat Deo generare filios per gratiam, animaſque conquirere. Mulier ſtudeat maritum lucrari, filius patrem, frater fratrem, vicinumque vicinus: vacuus namque apparebis, niſi tale contuleris lucrum: quod ſi contuleris, ô te felicem: omnibus Dei bonis ditaberis gratiæ præſentis, futuræque gloriæ. Amen.

*Matt. 24. 4.*
D. CHR. *Lib. 2. de Sacerdo. Tom. 5. Ho. 16. ad pop. & orat. 5. ad Iudaos.*
*Iudi. 5. 23*
Deu.
L. 14. c. Fauſt. c. 11.

# SVMMARVIM

## HOIMILIÆ VIGESIMÆTERTIÆ SEQVENTIS.

LEGATIONEM præſens exhibet Euangelium Phariſæorum, Doctorumque Hieruſalem ad generis humani Redemptorem, contra Chriſti diſcipulos expoſtulantium. Ad quinque reducitur puncta. Primum, eorum nobis deſcribit qualitates. Prima: quòd ſint proditores, qui ſub
*a* §. 1. 2. 3. nomine corripiendi, obloquuntur. *a*. Secunda: quòd ſint inimici, odium etenim, illis magnum oſtendit eſſe peccatum, illud quod nullum eſſe conuincitur.
*b* §. 4. 5. tur. *b*. Tertia: quòd ſint verſipelles & aſtuti; nihilum ornando, vt eſſe quidquam ap-
*c* §. 6. 7. pareat. *c*. Quarta: quòd ſint hypocritæ, ſolius exterioris ſolliciti. *d*. Quinta: quòd
*d* §. 8. viri ſint peruerſæ linguæ, proinde extra omnem ſpem ſalutis. *e*. Secundum autem
*e* §. 9. 10. punctum, nobis proponit, qualiter illis obfuſcare nitentibus Chriſti gloriam, illuſtrior
11. ea nihilominus euaſerit, & qua ratione vnico illos eorumque rationes flatu diſſiparit.
*f* §. 12. 13. *f*. Tertium, quomodo Chriſtus Phariſæorum traditionem declarat iniquitatem,
14. cum ob illas præceptum de honorandis parentibus tranſgrediantur, quo mirandam proponit doctrinam, ſe illa non acceptare ſacrificia, quæ cum iniuria proximi
*g* §. 15. 16. deferuntur: quantumque ſcelus ſit, parentes inhonorare. *g*. Quartum exponit,
17. quòd Saluator doceat, hominum traditiones Dei legibus oppoſitas, eſſe repro-
*h* §. 18. 19. bandas. *h*. Quintum explicat, illotis manducare manibus, non eſſe peccatum: non enim, quod per os ingreditur, coinquinat, benè equidem quòd de ore foras
*i* §. 20. 21. procedit. *i*.
22. 23.

§. 1. *Deus ignis eſt ad eum accedentes illi, qui palea erant, exuruntur, ipſe verò clarius illuſtratur.*

§. 2. Acceſſerunt ab Ieroſolymis. *Mordent illi, velut Ceraſtes, diſcipulos: diſcipulorum enim defectus ac filiorum, in Magiſtrum parenteſque deuoluitur.*

§. 3. *Videntur illi apes eſſe ſed veſpæ ſunt:*
*ſa pè*

*ſapè namque vitia, virtutes eſſe videntur.*

§.4. Quare diſcipuli tui. *Odium errata extollit. Erratum non erat, de quo carpebant Apoſtoles, imo potius ſuperſtitio erat, quam colebant.*

§.5. *Procedunt iſti in ſtaterâ doloſâ, in paruis ſcrupuloſi, at non in magnis: conſcientiam habeas timidam, non ſtultam.*

§.6. *De vanis accidentibus ſolidam quærũt facere ſubſtantiam quod pariter in Chriſti morte prætenderunt.*

§.7. Ab Hieroſolymis. *In ſeipſis graues non vident illi iniquitates, quas in aliis minimas vident: hæc conditio peccatorum eſt, Sanctorum conditioni contraria.*

§ 8. *Carnales corporis, eiuſque nitoris ſunt ſolliciti, animæ autem incurioſi, ſpirituales oppoſitè.*

§. 9. Dicentes, quare Diſcipuli tui &c. *Optimum linguæ epithetum: animal inquietum, plenum veneno mortifero, comburens vt ignis inferni.*

§.10. *Lingua venenum mortiferum eſt infamatori, infamato, & auditori: ideo laqueus vocatur malus.*

§.11. *Lingua laqueus malus eſt, vt declararunt Magiſtri à Victoria, Caſtro, & D. Vincentius Ferrarienſis.*

§. 12. Non lauant manus. *Illuſtriorem reddunt impij illi ſuperbientes Chriſti & ſuorum gloriam, quibus velut Eſau Iacob, deſeruiunt.*

§. 13. Quare & vos tranſgredimini &c. *Sunt illi fumigantes Iſaiæ titiones, illos Echo perterret Chriſtus, vt olim Ægyptios.*

§.14. Traditiones ſeniorum. *Quis harum fuerit auctor traditionum, & quales illæ, nominatim autem illa de filiis contra parentes.*

§.15. Deus dixit: honora patrem tuum. *Infringebant illi præceptum honoris debiti parentibus, ad quod Deus illos volebat obligare, ſuam paternæ connectens benedictionem in Iacob.*

§. 16. Honora patrem tuum. *Nouem in SS. litteris filio obedienti promittuntur bona, multa verò mala rebelli intentantur, vt Abſaloni.*

§.17. Vos dicitis: munus, &c. *Illa Deo ſunt accepta ſacrificia, de quibus diuina ſua lex decernit; vnde illorum Deo non erant accepta.*

§.18. *Execranda ſunt illa, cum præiudicio tertij, ſacrificia, & eorum qui ædeficant Hieruſalem in ſanguine.*

§. 19. Honora patrem &c. *Primus licet creditor ſit Deus, vult nihilominus priùs Cæſari ſoluatur, & ſicut Leo Valentiæ primum locum cedit catello.*

§.20. Hypocritæ benè &c. *Illis eſt os bonum, cor malum, traditiones habent iniquas; Eccleſia ſanctas.*

§. 21. Doctrinas & traditiones hominum. *Eccleſiæ ceremoniæ ſanctæ ſunt, tamque neceſſariæ, vt idcirco illas impugnent hæretici.*

§.22. Non quod intrat per os &c. *Ex corde egreditur quod inquinat, eſt enim propria peccati cauſa ſine quo nec diabolus eſſet, nec concupiſcentia peccatum.*

§. 23. Quod ex ore exit. *Quod editur non coinquinat, quia per os intrat, bene quidem quod per illud egreditur.*

# HOMILIA XXIII.

## DE TRADITIONIBVS REPROBATIS:

### Tertio die Mercurii Quadrageſimæ.

*Tunc acceſſerunt ad eum ab Hieroſolymis Scribæ & Phariſæi, dicentes: quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones Seniorum.* Matth. 15.

1 PRopcnit nobis hodie diuinus hiſtoriographus Matthæus Chriſtum indignatum, ac non parum commotum, in Phariſæorum, Scribarumque multitudinem eorum, qui inter Synagogæ principes auctoritate cæteros anteibant, qui ſtrepitu pompâque non vulgari Hieroſolymis Galilæam, vbi Chriſtus morabatur deſcenderunt vt digitis ſuis ipſas oculorũ redẽptoris pupillas irritarent, Apoſtolos intelligo, de [Zach.2.8.] quibus ſic ipſe: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* In illos etenim benè formatam obiecerum querelam, & accuſationem criminalem, vt bonarum conſuetudinum veterumque ſtatutorum trangreſſores inſimulantes. Quocirca ipſos eo quo merentur modò, Chriſtus excipit, ad infauſtas ipſos remittens aues proditores; eorumque illis deplorandum deſignans exitum, quòd ipſi ſcilicet, eorumque ſequaces, ad inferorum eſſent tartara deuoluendi.

Verumtamen, cum ſemper noſtrum præ oculis haberet profectum animæque ſalutem, tali ferit modò Phariſæos, vt inde ſumat occaſionem adeò ſublimi, profundâque nos doctrina illuminandi, vt, notatore D. Chryſoſt. in Theologia morali, illa locum habeat principalem. Videtur D. Pet. Chryſolog Chriſtus eſſe nubes illa [Ho. 52. in Matth. Serm. 71. Ezech. c. 1.] mirabilis, quàm vidit Ezechiel, quæ vento frigido, flatuque conſtricta Aquilonari tremenda cœpit explodere tonitrua, flammaſque terrificas, quæ altiſſimas etiam rupes diffringerent, turreſque proſternerent ſuperbiſſimas: at verò pariter ſplendores lucis emittere quibus terram illuminabat, fulgentiſſimos.

Ex occaſione quâ tineoſi illi redemptorem prouocarunt iniuſtâ contra eius diſcipulos querelâ, terrifica licet in illos euibret tonitrua, nobis pariter lucem infundit doctrinæ cœleſtem, quâ illuſtratur Eccleſia. Petram duriori verbere percuſſerunt Moyſes & Aaron (modicæ fidei hic erat defectus) quæ adeò pleno profudit aquas gurgite, vt populum Iſrael vſque in terram promiſſionis continuò fluxu conſequeretur. In qua D. Paulus myſterium agnoſcit Chriſti redemptoris: *Conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus.* [Num. 20. 1. Cor. 10. 4.] Percuſſus namque virga Scribarum ac Phariſæorum incredulorum quos ſignant Moyſes & Aaron, aquas effudit cœleſtis doctrinæ, quæ fideles in Eccleſia comitentur, [1. Chriſtus vt petra etiam virga percuſſus aquam dedit.] donec cœli promiſſam terram ingrediantur. Chriſtus arbor eſt vitæ fructu cœleſti adeò grauida, vt non ſolùm illum colligas, ſi pacificus acceſſeris, ſed etiamſi turmatim, magnoque percuſſeris impetu, tam abundantes emittet fructus, tamque ſeſtine, vt omnes habeant, quod colligant, ſecumque domum referant. Eſt Chriſtus agnus ille diuinus, de quo vates Euangelicus Iſaias: *Quaſi agnus coram tondente.* [Iſai. 53.] Quem licet modò pilo tondeant deciduo: modò detondeant aduerſo, modò raſuras infligant inconcinnas, modò diffundant carnes, ſemper lanam nobis veſtiendis, cooperiendis, frigorique pellendo ſubminiſtrat.

Tandem, teſte diuinâ ſponsâ, palmes eſt vineæ Engaddi. [Cant. 1.] Sic ille eſt, vnde balſamum diſtillat, medecina curandis vulneribus efficax: licet enim aliquando ex ſe deſudet, alij tamen magnâ, expriment abundantiâ dum accedunt, qui nouaculis limatis illum diffindunt, & diſcindunt illis namque tunc largitur, etiam ſui percuſſoribus: quòd ſi ſeipſos lædant percuſſores, habere & ibi poſſunt remedium, ſi eo velint vti, ſibique applicare. Sit ſemper benedictus.

Cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cum igitur in Galilæa Chriſtus hæreret, decreuit Phariſæorum Scribarumque cœtus Hieroſolymitanus, qui toto orbe nominabatur celeberrimus; illum adire formatâ in diſcipulos eius querelâ. Iter aggrediuntur ſuperbo faſtu, comitatu ſolemni, accedunt Synagogæ principes, offendunt Chriſtum populo prædicantem. Tollite portas, tollite portas Principibus illis, de concilio ſunt & veniunt Hieruſalem, graue quòd proponant, habent negotium. Ad Chriſtum propiùs accedunt, & elata voce, quàm omnes intelligerent, Domine (inquiunt) cum tales ſimus, quales ſumus, & ex tam remoto veniamus loco, ſatis clarè demonſtrat, quanti ſit momenti illud quòd nos huc adducit, negotium, ſcilicet, vt tibi non contemnendum diſcipulorum tuorum peccatum indicemus: vt quid pateris quòd veterum ſtatuta parui pendant; ſintq; tam ruſtici, vt panem illotis manibus manducare non erubeſcant. Ita vehementer Saluator excanduit, cum ipſa nihilominùs eſſet modeſtia, vt in illos conuerſus ſeuero vultu, trucique voce reſponderit; Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei, propter traditiones veſtras? An hoc non Dei ſtatutum eſt, ſub pœnâ capitis, filius honoret patrem? vos verò ſtatuiſtis, licet filius patrem cerneret fame pereuntem, non illi ſed templo beneficus accurreret, Hypocritæ benè de vobis prædixit, qui vos probè nouerat, Propheta, populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.

His dictis Redemptor ad turbam conuerſus ait: Chariſſimi, hoc vos omnes ſcire deſidero, non eſſe peccatum de quo Phariſæi diſcipulos meos accuſant: parum etenim refert lotis, ſeu illotis manducare manibus, quòd enim in os intrat, non coinquinat hominem, ſed quòd illo egreditur. Hanc Chriſtus materiam proſequitur, ac declarat, quòd id quòd per os intrat in ſtomachum delabitur, curſumque perficit naturalem, quòd animam non inficit, at quòd ex ore progreditur hoc ex corde procedit, vnde proueniunt homicidia, furta, blaſphemiæ, cunctaque ſcelera, hæc autē commaculant hominem. Hæc altiſſima eſt doctrina, hæc nobis exponenda, hæc vtilis erit ſi ſuæ nobis lucis Chriſtus impertiat gratiam, illam autem intercedente Virgine puriſſima depoſcamus, eandem ſalutantes. *Aue Maria.*

### §. 1. *Deus ignis eſt, ad eum accedentes illi, qui palea erant, exuruntur, ipſe verò clariùs illuſtratur.*

EXpendit antiquus Origenes,* diſcipulus ſingularis D. Clemen. Alexandrini? Dei præclaram inſtitutionem populo ſuo præſcriptam, dum illum quadraginta annis per deſerta deductum in terram voluit introducere promiſſionis. Iam ad ejus acceſſerat terminos, nihilque ſupererat, niſi tranſitus Iordanis, cui *Ripas alueí ſui tempore meſſis impleuerat*: *Ioſue c. 3. 15.* Suum Dominus ad ſe vocat ducem Ioſue, eique mandat, populum diſponat quo tranſeat fluuium, eximio namque miraculo tranſitus parabitur: diuidētur enim fluminis aquæ: ſuperiores namque curſu ſuſpenſo retrocedent: inferiores autem deorſum fluent: ad hoc etiam arcam adducat in frontiſpicio, Sacerdotum humeris vectā: ad illius quippè præſentiam aquarum fiet diuiſio. Porro cunctos admoneat, longiùs ab illa diſcedant, nec approximent: *Sit inter vos & arcam ſpatium cubitorum duum millium, &c. Et cauete ne appropinquetis ad arcam.* *Ioſue c. 3. 4.* Dñe, in quem finē hæc: Hoc communiter dicitur ſignatque S. Scriptura, quòd hoc ita voluerit Deus, vt tanti appareret magnitudo miraculi, quòd ſc. via non panderetur arcta nec anguſta in flumine, ſed adeò lata, vt tantæ multitudinis poſſet tranſire populus, qui vltra ſeniores, mulieres, puerosq; ſexcentorum millium numerum expleret, in duas diuiſus alas, quocirca ad medium Iordanis delata ita ad inuicem disiuncti peruadarent, vt inter illos ſpatium eſſet quatuor millium paſſuum: à ſingulis enim alis vſque ad arcam, diſtantia duum millium intererat paſſuum. Perpende, quàm ſpatioſa lataque ſeſe panderit platea, quam duabus leucis autumo fuiſſe latiorem.

*I. Tranſitus in Iordane fuit latiſſimus.*

Attamen aliud hic Origenes aperit myſterium: vt quid Domine, præcipis procul à te progrediantur, teque à longè intueantur? *Vt procul videre poſſitis.* Num fortè tu taurus quidam furioſus, aut leo rugiens, vt velis te de longe conſpiciant? Numquid non nos Dauid hortatur: *Accedite ad eum & illuminamini?* *Pſ. 33. 6.* Numquid nō Moyſes dixerat: *Qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius?* *Deut. c. 33. 3.* Vtique, veruntamen (inquit) præmonuerat Deus, quòd ignis, ipſe eſſet conſumens, & quicumque ad illum accederet, crederet, ſe igni appropinquare: *Qui appro-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*pinquant mihi, appropinquant igni*; quòd ſi tibi dixerint, accedite ad eum: ignis eſt clariſſimus, qui illuminat, aduerte nihilominùs, quòd ſi palea fueris, & talis ad eum acceſſeris, te omninò cõſumet: *Beati qui proximi ſunt* (loquitur Orig.) *& qui ita proximi ſunt, vt ignis eos illuminet, non adurat*. Si aurum fueris, accede, purificaberis, emundaberis; verùm ſi fœnum, ſi palea, combureris, in cineresque redigeris. Si paleæ culcitram cerneres, quali hic vteris, amplam, rotundam, extentam quæ illic à longe videret ignem flãmaſque in cœlum exſurgentes, ad multa milliaria lucentes diceretque, feſtinè flammas extinctura, accedam, & me igni ſuperinijciam, eundem ſuffocatura. ô ter ſtultam culcitram, quæ cum tota paleis & ſtramine componaris, ad ignem accedis; Accede, vehementior accendetur ignis, & tuis ipſe expenſis flammas attollet altiores, viuaciores, clariores, tuque combuſta in cineres fauillaſque redigeris. Christus Dominus ignis eſt diuinus, & vorator: *Deus noſter ignis conſumẽs eſt*. Synagoga culcitra erat ſtraminea, cunctique eius Principes, non niſi inanis palea. Eorum ceremoniæ, ieiunia, eleẽmoſynæ, phylacteria, fimbriæ omni veræ virtutis tritico vacua: *Omnia ſua faciunt, vt videantur ab hominibus*.

Orig. Ho. 4. in Ioſue. — Deut. 4. 24. — II. Deus ignis Synagoga. palea eſt.

☞ 3 Luculenter illos ipſe Dominus deſcripſit, per Prophetam, vtique qui illos intus, & in cute nouerat, eos intitulans, vacuos ſtipularum manipulos: *Culmus ſtans non eſt in eo, germen non faciet farinam*. Chriſtum conſpiciunt vt ignem miraculorum, ſignorumque flammas euibrantem, altas adeò, vt per totam claresſcerent regionem: *Exiit fama eius in vniuerſam terram*. Conueniũt & conſpirant flammas extincturi: hoc enim animo conceperant, vt dicemus, gloriam famãque Chriſti, diſcipulos eius arguẽdo, obfuſcare. Quales en conueniunt: *Acceſſerunt ad eum ab Hieroſolymis Scribæ & Phariſæi*: quàm vniti? quàm inflati? quam vt palea vanique progrederis culcitra ad ignem ſuffocatura. Progredere: ignis nõ extinguetur, quinimò flammis fulgẽtioribus, quas emittet, voſipſos apprehendens comburet, ex quibus materiam hauriet, quâ doctrinam Eccleſiæ ſuæ ſubminiſtret luxidiſſimam, vos interim in cineres redacti vt gens reproba, generatio praua, germen adulterum, à patre non plantatũ cœleſti, conſumemini. Vt cœci, tales quales vos, veſtrique aſſeclæ in tartari cloacam demergemini, vt illud in vobis S. Spiritus impleatur: *Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum, neque ſcandalizeris in labijs tuis, ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem, & reuelet Deus abſcõ-ſa tua, & in medio Synagogæ elidat te; quoniã maliti oſè acceſſiſti ad Dominum, & cor tuum plenũ eſt dolo & fallaciâ*: verba quæ ſimulatis optimè quadrant hypocritis. Et certum erat tale quid populo adeo impudenti obuenturũ, qui ex propoſita decreuerat voluntate Deum ipſum culpæ redarguere. Meâ quidem ſententia, præuidit illos in ſpiritu Iob eo capite, quo ex iudicio D. Ambr. de Chriſti myſterijs vaticinatur. Illos audit, quâ ratione hac occaſione Chriſtum cõueniant, alijſque ſimilibus occaſionibus, & præter mentem deluſi, conſumendi forent, & pudore confundendi. Quo curritis heu infelices? Chriſtum reprehenſuri? *Si voluerit homo contendere cum eo, non poterit ei reſpondere vnum pro mille. Sapiens corde eſt, & fortis robore. Quis reſtitit ei, & pacem habuit? Qui tranſtulit montes, &c.* Perpendite cum quo luctaturi, quẽ impetituri contendatis. Alterutri fidere poteſt qui cum altero congreditur, aut ſapientiæ & aſtutiæ, vel robori corporis. In duobus vos infinitè præcellit Dominus ille, quocirca ſcitote, illum nequaquam ſuperabitis, quantũlibet ſciatis, & quantælibet veſtræ ſint aſtutiæ: ipſe nãq; ſolus plus omnibus hominibus Angeliſque ſimul comprehenſis nouit infinities: *Sapiens corde eſt*. Pectori ſuo totam Dei concludit ſapientiam, cordium rimatur ſecreta, cunctaque deſcribit tuî pectoris arcana. Sed nec illum viribus euincetis: eius etenim tales eſſe nouimus, vt transferre queat montes, ſolis in cœlo curſum remorari, terrã de loco ſuo commouere, &c. Conſiderate, quòd dum eum intenditis culpare, contra vos ipſos torquebit argumentum, & eo quidem modo, vt vos coram omnibus rubore perfundat: ſicque eſt. D. Aug. alijque completum hic prætendunt Iſaiæ vatis oraculum: *Ad eum venient, & confundẽtur omnes, qui repugnant ei*. Hæc ſumma eſt hodierni Euangelij.

Oſe. c. 8. 7. — Luc. 4. 14. — Matth. 9. — Eccleſ. 1. 37. — Lib. de templo Iob c. 41 fact. — Iob c. 41. — Orat. de quinqu. hæreſ. — Iſai. 45.

§. 2. Acceſſerunt ab Ieroſolymis. *Mordent illi, velut Ceraſtes, diſcipulos: diſcipulorum enim defectus ac filiorum, in Magiſtrum parenteſque deuoluitur.*

4 **A**Cceſſerunt ad eum ab Ieroſolymis Scribæ & Phariſæi. Morabatur Redemptor noſter in Galilæa, multis milliaribus à Ieruſalem, (vt aduertit D. Chryſoſtom.) quò ſeceſſerat, quærebant enim illum Iudæi interficere, hoc namque notabat D. Ioannes, dum diceret: *Ambulabat Ieſus in Galilea: non enim volebat in Iudæa ambulare, quia quærebant eum, Iudæi interficere*. Ibi

Ho. 47. in Ioannem. — Ioan. 7.

mirabilia

mirabilia magna operabatur, præeminebat antem inter hæc multiplicatio quinque panum & duorum piſcium in quinque millia hominum; de quo die Dominico latius. Hæc opera prodigioſa diuinus ille ignis euibrabat, vt flammas ſplendidiſſimas adeo ſublimes, vt per mundum viderentur vniuerſum. Erat autem velut inanis culcitra Ieroſolymis congregatio Phariſæorum, Scribarumque principalis: qui (ſic habet D. Chryſoſt.) cæteris erant totius Synagogæ illuſtriores: *Ab Hieroſolymis hoc eſt, maioris auctoritatis & nominis: non enim temere hoc ſignificauit Euangeliſta.* Rabida illi contra Saluatorem inuidia ſtimulati flammas illas præfocare ſtatuerũt. Quis illos videret, quàm acriter totam perturbent ciuitatem, omnibus intimantes ea quæ ſacra illorum ſtatuerat implere congregatio: nimirùm quod acturi erant cum Chriſto, vbicumque terrarum fuiſſet, de maximi cuiuſdã criminis ſuæ ſcholæ reparatione. Quàm diligenter ſibi mulos ſternunt, famulos conciliant, veſtiaria componunt? Quo ſtrepitu Ieroſolymis penulis pluuialibus cooperti diſcedunt, turmatim, toto ſpectante ſtupenteque populo! Inquirunt omnes: quo properat cœtus ille Phariſæorũ Doctorumque conciliũ? quæ res tanti momenti peragenda ſeſe offert, quæ illos ad iter tam longũ arduumque compellat? quid criminis commiſit Chriſti claſſis, vt tanto ſtrepitu purpurati Ieruſalẽ Galilæam petant Chriſtum de hoc inſtructuri: ſtudebãt iſti verſipelles, vt illud, quod iam acturi erãt, cum nihil in ſe eſſet, nulliuſque ſubſtantiæ, eſſe aliquid videretur, ob circumſtancias quibus illud palliabant, mulier enim licet non ſit digito maior, turris eſſe videbitur, ſi calceis illam indueris altioribus: & quantumlibet vilis ſit & abiecta, ſi pretioſis illam ornaueris, ac monilia appẽderis, totius vrbis & orbis ditiſſima eſſe iudicabitur. Ea de cauſa tanta pompa, tantoque ſtrepitu Phariſæi, Scribæque proficiſcuntur.

I. Phariſæi culcitræ comparantur.

Hom. 15. in Ioannem, D. Chryſ. Dom. 3.

III. Non malè dixerimus, ſi illos à dæmone agitatos aſſeramus, vt auctoritati nominique detrahant Chriſti diſcipulorum, qui (ſicut ponderat D. Aug.) maximè laborat calumniari, denigare, famamque lædere coram populo electorũ Dei, ne ſcelerati quique à nequitia ſua deſiſtant ac conuertantur, dum eos eſſe peccatores intelligunt, quos eſſe ſanctos mundus arbitratur, & eſſe peccatores in illis nihil ſit ſingulare, cum & illi quoque ſint, qui ſancti eſſe iudicantur: *Ideo de bonis mala ſpargit* (adduco D. Aug.) *vt infirmi non putent aliquos eſſe bonos, & tradant ſe rapiendos libidinibus & diſſipandos, dicentes apud ſeipſos: quis eſt qui ſeruet mandata Dei? aut quis eſt, qui ſeruet caſtitatem?*

Cur diabolus de bonis mala ſpargat.

D. Aug. Serm. 234. de tempore. Tom. 10.

IV. Hoc tamen omiſſo, vide quales proficiſcuntur. Quo currit culcitra ſtraminea, vt clariſſimas ignis diuini flammas extinguat, & ſplendorem lucemque ſignorum Chriſti tenebris perſtringat reddatque viliſſimam. Licet ſuperficialiter eo tẽdant vt de eius diſcipulis conquerantur, non tamen in illos ſed in illum ſpicula dirigunt. Nomini eius detrahere ſatagunt, ex omni illum parte conſiderant at in eius perſona nec atomũ carpendum inueniunt. Hoc norunt, diſcipulorũ errata communi voto magiſtris adſcribi, hac via incedunt, conati diſcipulos de defectibus arguere, vt ipſos in præceptore redarguant. Experti digladiatores, qui ad pedes collimant, vt caput feriant. Hac quoque arte & altera vice vſi fuerant: cum enim Chriſtum vt gulæ deditum notare vellent, dicentes: *Ecce homo vorax, & potator vini*, illum acceſſerunt contra diſcipulos deponentes querelas: *Quare diſcipuli tui non ieiunant ſicut diſcipuli Ioannis?* q. d. ex diſcipulorũ operibus qualis poſſit magiſter eſſe colligitur. Diſcipuli Ioannis ieiunant frequenter, vnde colligimus Ioannem ieiunijs eſſe addictiſſimum: quod autem tui non abſtineant, indicium nobis eſt, quod nec tu ieiunes: non enim illi contrarium quid agent ei quod in te notant, tuque illos doceas.

Phariſæi Chriſti diſcipulos cur accuſent.

Matt. 11. 19.

Matt. 9. 14.

5 His Chriſti Saluatoris inimicis, illud optimè conueniũt, quod Iacob Patriarcha de filio ſuo Dan prologuitur, quod D. Gregor. de Antichriſto intelligit, & iam dixit D. Ioannes, quod quicumque contra Redemptorem pugnat, eſt Antichriſtus: *Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro.* Multa referunt de Ceraſte philoſophi qui de natura diſſerunt animalium, nominatim autem Plinius & Solinus teſtantur, ſpeciem eſſe ſerpentis aſtutiſſimi, quod ſatis ita eſſe ſuo demonſtrat facinore: aduentare conſpicit equitem forma decorum, viribus pollentem, veſtitu pompaticum, qui ſpectatorum omnium ad ſe trahit oculos: in hunc rabida excandeſcit inuidia, nec illum ex aduerſo præſumit impetere, ſed in via occurrit, ſe puluere terraque contegens latet abſconditus; accedente vero nobili equite, latenter appropiat, ſimulate mordet vngulas pedum equi, quatenus morſu ſtimulatus huc illucque furens diſcurrat, cadatque aſcenſor eius retrorſum: *Vt cadat aſcenſor eius retro.*

L. 31. Moral. cap. 1.

Gen. 49. 17.

I. Ceraſtes quæ ſit natura.

Apoc. 19.

VI. Apoſtoli erãt equi Saluatoris.

Eques cœleſtis erat Redemptor noſter, talem etenim



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

etenim vidit illum D. Ioa. in ſua Apocalypſi. Sic equum Apoſtolorum ſuorum cupit aſcendere, qua per mundum ipſum deferatur vniuerſum Ad hoc ille viam ipſis aperuit, de quo vatis Habacuc illud interpretari licet: *Viam feciſti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum*, & de quo Zacharias prædixit (vt ad litteram hoc intelligit D. Cyril.) *Poſuit eos, quaſi equum gloriæ ſuæ in bello.* Applaudite metaphoræ, nomen miramini, ab equite deſumptum, cui talis famulatur equus, quo de ſuis triumphum agit inimicis, velut ille de quo cecinit Virgilius.

Abac. 3. 15. Zachar. 10. 3.

Virgil.

*Hunc delectus equum duci iubet, hoc decus illi,*
*Hoc ſolamen erat bellis, hoc victor abibat.*

Tales fuerunt Apoſtoli, qui licet ex ſe nihil eſſent, plebs vilis & infimæ conditionis, ſua tamen virtute eques hic adeò fortes illos effecit animoſos adeò ac tales, vt per illos & in illis de cunctis triumphum duxerit imperij viribus Romanorum totius orbis, quinimò & inferorum.

Aduerte verò, quòd licet plures ſint, illos tamen Zacharias nomine compellet ſingulari: *equum*, quia plures licet fuerint quoad perſonas, vnicum tamen omnes conflabant equum, ob vnitatem fidei Sacramentorum, Deique quem prædicabant. Ea namque de cauſa ait Apoſtolus: *Multi vnum corpus ſumus in Chriſto.* Nec non conuenienter de illis, & de prædicatoribus omnibus intelligit moralis Gregorius illud Domini ab Iob, ipſos ſub ſymbolo deſcribens equi generoſiſſimi, quem de conditionibus laudat admirandis: Deus etenim eſt, qui robur illi pectoris miniſtrat adeò potens, vt nec lituos, nec tympana nec aduerſi timeat exercitus clangores turbarum, quinimò hæc illi omnia vires animoſque ſuggerunt ad tantò bellum ſuſcipiendum feruentius: *Numquid præbebis equo fortitudinem*, &c. Hic igitur erat equitis noſtri cœleſtis equus. Non præſumunt ceraſtes illi proditores aſtuti colubri, pleni veneno mortifero coram & facie ad faciem Chriſtum adoriri, nec & ex diametro occurrere: ſolebat enim ſolo ſuo reſponſo confuſos illos procul illinc ablegare: ſuam igitur celant peruerſitatem ſub figura ac demonſtratione zeli, ficta Redemptorem accedentes reuerentia, ſub hac latent perfidi, & aculeo linguæ ſuæ mordentes mortifero manus equi, ſcilicet Apoſtolos, illos de manuum defectibus accuſantes, quas minimè lauant, quo in obſeruandis veterum conſuetudinibus, ſuiſque deficiunt traditionibus, vt per illud dignitati Chriſti, famæque, tenebras obducant Ægyptias? Notum quippe eſt, diſcipulorum defectus adſcribi præceptoribus, illis imputatur culpa, & ab illis pœna repetitur, ſicut à parentibus filiorum, à matribus filiarum, à Dominis ſeruorum, à duce militum, à Gubernatore populi ſcelerum ratio flagitatur, illis etenim ſingulariter incumbit ſubditos ducere, docere, corrigere, punire, reformare. Proinde, vel norunt illorum defectus, vel ignorant: Si norunt, nec illos corripiant, illis conſentiunt, & eodem cum illis crimine inuoluuntur, qui illos committunt: omnes etenim illud admittunt Apoſtoli: *Digni ſunt morte, non ſolum qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.* Si ignorent, non ea, qua debent vigilantia ac ſollicitudine incumbunt, ſeque per hoc oſtendunt eſſe negligentes, nec minoris criminis reos arguendos.

Iob c. 39. 19.

Norunt omnes mirificum illum agendi modum Diogenis Cynici philoſophi: hic tempore lutoſo plateas perambulans iuueni occurrit adeo immorigero, vt pede lutum pulſans eo philoſophum fœdè commacularet. Hic ſtomachabundus adoleſcentis adit pædagogum, illique duplicem infligit alapam. Mihine? qua de cauſa? non ego te luto conſperſi. Verum eſt at veſtra contigit culpa, ſi namque talis fuiſſes pædagogus, qualem eſſe te decebat, diſcipulum tuum moribus inſtituiſſes probioribus. Nec neceſſe eſt prophanas adducere hiſtorias, mille namque nobis occurrunt ſacræ ac diuinæ. Populi Dei milites inhoneſtè ſe gerunt, citat Moyſen Dominus, illique mandat, manus iniiciat ducibus, illoſque ad ipſam lucem meridianam, quo cuncti illos videant, ſuſpendat in patibulo: *Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem.* Labuntur in luxuriam filij Heli Sacerdotis incompoſitis ſuis populum ſcandalizabant actionibus: vocat Dominus Samuelem Prophetam, illi præcipit, Heli Pontificem conueniat, indicetque certiſſimè, quòd dignitate, vitaque ſit multandus quodque ab eius familia domoque Sacerdotium auferretur: ſi namque filij eius in nefanda corruerint ſcelera, hæc illi imputentur, eo quòd non debite correxerit peccatores: *Eo quod nouerat indignè agere filios ſuos & non corripuerit eos.* Factum hoc admiratur D. Chryſoſtomus & diu multumque perpendit. Nota (monet) primò: qualis fuerit Heli: vir erat pius, populo Deoque adeo gratus, qualem illum Spiritus S. deſcribit: *Senex erat vir & grandæuus, & honorabilis & ipſe iudicauit Iſrael quadraginta annis*, ita legit D. Chryſoſtom. Perpen-

de

IV. Heli peccatur hæc filiorum. de quod illum pleno ore deprædicet ſenem: *Senex erat vir.* Nomen eſt, quo Spiritus S. nedum annorum indicat grauitatem hanc enim iam declarauit addens: *Grandæuus*; ſed prudentiam iudiciumque ſignat, quo de illo pleno gutture dicere licuerit *Senex vir.* Et hoc (inquit) aduerte, cùm quadraginta annorum ſpatio, populum illum effrœnem, ac ſeditioſum pacificè rexerit, amota omni commotione, non tamen fuerit qui de eo loqueretur verbum malum.

Nota ſecundò: quòd filij Heli viri iam eſſent perfecti coniugati, & vt iura nominant, emancipati. Nota tertiò, quòd auditis contra filios querelis, illos coram ſe citauerit, grauiterque reprehenderit filij mei mente reuoluite, quæ de vobis ſpargantur mala, quòd hæc & illa faciatis à vobis minimè facienda, veſtrum enim peccatum contra Deum militat: perpendite, quòd ne minimum in proximum veſtrum auderetis committere, qui Deo tantò eſt inferior, eius timore perterriti, quantò magis contra Deum: *Quare* 1. Reg. 2. 24. *facitis res huiuſmodi, quas ego audio, res peſſimas?* *&c. Nolite filij mei, &c. Si peccauerit vir in virũ, placari ei poteſt*, &c. Tandem conſidera, quod Heli non viderit ea, quæ filij ſui faciebant, caligauerant enim illi oculi præ ſenectute, ſolummodò rumorem eorum audiebat, quæ ſibi ab his & illis referebantur, qui nec omnia enarrabant, nec ille tantis fidem adhiberet. Nihilominus illum non minori Deus puniuit ſupplicio, quàm vitam illi lamentabili diſceſſu adimendo, ac iure ſucceſſionis in ſummum Sacerdotium, quo domus eius gaudebat, ſpoliando. D. hic exclamat Chryſoſtomus: quæ cœlorum Domine hæc tua ſeueritas? An non tibi potuit Heli reſpondere, cuius culpæ reus ego ſum in eo quod mei perpetrant filij iam maturi, iam patresfamilias? Numquid & illud replicare potuit, quod Ioan. 9. 21. poſtmodum parentes cœci nati Phariſæis: *Ætatem habet, ipſum interrogate.* An non aduertis (inquit D. Chryſoſtom.) quod pater erat, eoque caſu, filiorum illi forent adſcribenda ſcelera, præſertim cum illos ſeuerè non corripuerit? Nõ ſufficiebat illos verbis corripere ſimplicioribus, ſed vti verbis oportebat aſperioribus, minacibus; de patris conſpectu demandandi, bona illis erant auferenda, quinimo, cum & iudex populo præſideret, manibus flagriſque caſtigandi. Audite D. Chryſoſtomi de hoc iudicium: D. Chry. L. 3. contra vituperatores vitæ Monaſt. 1. Tim. 5. *Non omnia quæ fuerint agenda, vt reſecarentur vitia, molitus eſt; nam minas ille addere debuerat, & à ſuo conſpectu eos amouere atque abdicare, & verberibus afficere.* Ita iuſtitia ſua det vt in parentibus filiorum delicta puniantur.

Obijcies (inquit) quomodo igitur videmus parentes plurimos, quorum nefandam filij vitam traducunt, à Deo minimè caſtigari? Erras; *Vnde acerbæ & intempeſtiuæ mortes? vnde morbi* D. Chry. *perpetui atque grauiſſimi plerumque liberis noſtris inferuntur? Vnde damnis & incommodis afficimur? vnde caſus varios? vnde calumnias & mala innumera quotidie patimur?* Et horum omnium aperta eſt (inquit) ratio. Quæro vter maiorem tuorum teneatur curam habere filiorum, tune an ego? Manifeſtum eſt, te magis obligari. Primò: quia feruentiùs illos amore diligis naturali. Secundò: ſunt tibi ad oculos, ſunt ad manus promptiores, ſunt tibi, vt de illis diſponas, viciniores. Nihilominùs hoc ſcito, quòd & de illis à me Deus ſit rationem exacturus, & mihi eorum delicta, ſi quæ habuerint, imputaturus: hoc quippè (inquit) eſt quòd ſuperioribus iniungit Apoſtolus, vt vigilarent: *Quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* Hebræ. ca. 13. 17. Ita vt, eo modo quo mearum teneor reddere rationem actionum operumque ſingulorum, ſimili quoque modò & veſtrarum, filiorumque veſtrorum, qui ſub cura mea oues degitis, actionum tenebor reddere rationem, quantò igitur ſtrictiorem à vobis exiget rationem, qui patres eſtis, rerum quæ ad filios veſtros pertinent: Et quantò vobis eorum imponet delicta ſeueriùs? Hoc quippè in confeſſo eſt, filiorum delicta imputari parentibus.

V. Comici quã iudicium. Congruum valde cenſuit D. Clemens Alexand. eſſe iudicium cuiuſdam Comici, qui Dominam videns per plateas obambulantem quã pediſſequa ſequebatur incompoſita, ſubridens, & L. 3. Pædago. cap. 11. ſigna oſtentans ait: Me herculè leuis & inhoneſta ſit neceſſe eſt hæc domina, & ratio ſit hæc, inquit D. Chryſoſtom. D. Chry. *In dominam enim retorquetur ancillæ intemperantia.* Liquidum eſt argumentum, quòd domina talis non eſſet, qualem decebat, cum pediſſequa talis eſſet, quæ illam comitabatur. Si ſcire volueris, qualis ſit pater, eius filios intuere, ſunt enim illi facies in qua pater manifeſtatur: & ſenſu quodam dicere poteſt quilibet filius: illud quòd aiebat qui liberorum omnium exemplar, normaque præfulſit: *Qui videt me, videt & patrem meum.* Ioan. 14. 4. Filius luſorius, luxuriæque deditus tibi dicet talem eſſe & patrem ſuum, filia feneſtris aſſueta proſpicere, vaga ſtultaque, qualis ſit mater, tibi ſignificabit. Seruus aleator iuramentis addictus, qualis ſit Dominus ſuus, indicabit, auditores

tores & diſcipuli qualis magiſter, ſit manifeſtabunt.

*Ser. 73. de temp.*
VI.
Cur Abraham Iſaac ligarit eum immolaturus.
*Gen. 22. 9.*
D. PETR. CHRYSO. *Serm. 46. & 55. de temp.*

Ex eodem principio deducit D. Auguſtin. (& prior illo dixerat idem D. Ambroſ.) rationem cur Abraham immolaturus Deo filium ſuum vnicum Iſaac in holocauſtum, eundem funibus alligarit: *Cum alligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorum.* Ad quid ligauit eum? de quo timebat? Licet D. Pet. Chryſol. intimet, quòd Abraham Iſaac filio non dixerit, quid facturus eſſet: *Neſcius, filius aptatur vinctus*; communis tamen credit opinio Sanctorum, quòd illi dixerit, Deique filio mandatum expoſuerit, ad cuius impletionem erat in holocauſtum offerendus. Ita docet D. Auguſt. & per hoc voluntariè ſuſcepit Iſaac mortem, quàm illi pater parabat inferre, vt vera viuaque Chriſti eſſet figura redemptoris. Si igitur hoc ita ſit, cur illum Patriarcha pater alligauit? Quia, licet Iſaac voluntariè mortem acceptaret, timebat nihilominus Abraham (inquit D. Auguſtin.) ne filius cernens gladium euaginatum, capiti impendentem, oculiſque irradiantem, fortè aut timore, aut dolore mortis perculſus motum aliquem ederet incompoſitum, actuique tam heroico indecentem, qui Deo fiebat ſpectatore, in eiuſque obſequium: *Vincitur innocens beſtia* (verba ſunt D. Ambroſ.) *ne offerentis deuotio putaret, ſe minus aliquid exhibere, ſi impatientia doloris victima calcitraret. Nectit filio manibus ſuis vincula pater, ne refugiendo filius, & vi ignis exuſtus, peccatum incurreret.* Vtriuſque dicta ſubtiliter deſcribit noſter Cardinalis Caietan. *Cerne ſtupendam obedientiam, manſuetudinem ac fidem Iſaac, non reſiſtentis patri, cum facilè poſſet euadere, & credentis diuino præcepto per patrem illi patefacto. Vnde ratio ligandi, non fuit timor, ne Iſaac fugeret ab altari, vt aries aut vitulus cum mactatur, niſi ſit ligatus, ſed ne inuoluntarij (vtpote naturalis) motus membrorum, in actu iugulationis inſurgentes, ordinatum compoſitumque ſitum victimæ exturbarent, in nonnullam indecentiam diuini ſacrificij.* Patri incumbit ligare filium, ne motum edat incompoſitum, quem ſi ediderit, aut recalcitrarit, velut pullus equinus, patri delictum imputabitur, qui illum non ſatis ſtrictè ligauerit, non melius inſtruxerit.

D. AMBR. *Lib. 1. de Abraham c. 8. To. 1.*
CAIETA. *In c. 22. Gen.*

☞ S *Orat. de Machabæis.*
*Li. 2. Machab. c. 6.*

Inſuper & hinc deducit D. Gregor. Nazianz. laudes illuſtriſſimi quondam equitis ac nobilis Eleazari: De illo loquitur Spiritus S. eumque mirificè extollit: quia verò ſtatim poſt eũ mentionem inſtituit martyrij ſeptem inuictiſſimorum fratrum Machabæorum cum matre ſua, credit prædictus Sanctus, illam fuiſſe Eleazari coniugem, illos verò vtriuſque parentis filios: opinatur autem, quod idcirco Spiritus S. virtutum eorum, fidei, fortitudinis, patientiæ, & conſtantiæ celebrauerit encomium, vt tanto fieret gloria Eleazari patris illuſtrior, omnibuſque manifeſtior; filiorum namque virtutes, bonæ fuerunt educationis fructus, qua pater liberos educauit, vnde & illas Eleazaro voluit Spiritus S. adſcribere. *Liberorum enim rectè facta, parentibus adſcribere, ſumma eſt æquitatis.*

VII. Eleazari tot præ erat Machabæorum.
D. Greg. Nazia.

Sublimi ſua clarus doctrina ponderat Doctor Angelicus D. Pauli argumentum, qui data opera de quibuſdam agit ad propriam laudem ſpectantibus non vana ſtimulatus gloria ſed falſorum prædicatorum calumniis inductus qui doctrinæ ſuæ ac dignitati tenebras offundere moliebantur, ſic itaque exorditur: *Incipimus iterum noſmetipſos commendare? Aut numquid egemus, ſicut quidam, epiſtolis commendatitiis ad vos, aut ex vobis?* Num fortè in propriam excurro laudem, aut quis ſim dicens, meipſum altiùs effero? vel fortè epiſtolas procuro commendatitias ab aliis, quibus mihi conciliem auctoritatem, meas quô buccinent conditiones, qualiſue referant, meo fungar miniſterio, ſicut alij: qui non alio fulgent de ſua perſona teſtimonio, quàm quod ab aliis precatio monſtrant emendicatum? Abſit hoc: qualis etenim ego ſum, clarius & meliùs in meis apparet diſcipulis, quàm quibuſlibet aliorũ relationibus verbiſque queat explicari: *Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur & legitur ab omnibus.* Vt quis ſciat, quales ſunt alij prædicatores, litteras proferunt commendatiuas & narratiuas. Has ego nolim proferre, ſed voſipſos, meos auditores, Voſipſi ſitis litteræ certificantes, epiſtolæ in mei ſcriptæ cõmendationem, quæ certiùs teſtentur, qualis ſim, quàm quælibet poſſint litteræ verbaque teſtificari. Voſipſi epiſtola eſtis viua, litteræ teſtimoniales, quas vt qualis ſim, cunctis profero perlegendas. Voſipſos cordi meo ſcriptos habeo, totuſque vos mundus videt & cognoſcit, & in vobiſipſis fidem perlegit viuam, ſpem certam, feruidam charitatem, ieiunia, vigilias, eleemoſynas, patiendi pro Chriſti nomine deſiderium. Hæc in vobis contemplantur, hæc quis ego ſum, proteſtantur, quod veſter ſim magiſter, & pater ſpiritualis, qui vos deducit, docet & inſtruit. Noſſe vis (quærit D. Hyeron.) qualis ſit prædicator? Auditores attende, ſi audito ſermone in lachrimas compungantur, ſi reſipiſcant, ſi meliores euadant, ſi contriti diſcedant, ſi bonis deditis

VIII. Quæ ſit D. Pauli littera commendatitia.
Epiſtola 2. Cor. 3.
Epiſt. ad Nepotia.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

diti cogitationibus; ſi ſe moribus oſtendant eſſe permutatos. Noſſe deſideras præceptorem? Perpende, num diſcipuli proficiant, num modeſti, num ſint morigeri: hæc enim facies eſt, ex qua pædagogus agnoſcitur.

Hinc & ego collegero, me talem qualem conuenit, non eſſe prædicatorem, cum voſipſos conſiderando, tam exilis modicaque cognoſcatur morum emendatio, tam tarda mutandi vitam ſollicitudo, tales eſtis in medio quadrageſimæ, quales eratis in principio peccatores. Quæ factæ reſtitutiones alienorum? quæ pro commiſſis ſceleribus profuſæ lacrymæ? quæ xenodochia eleëmoſynis roborata? quæ puellæ lenones iunctæ matrimonio? quæ puræ confeſſiones? quæ deuotæ communiones? *Detrimentum pecoris*, (inquit D. Hieron.) *Paſtoris ignominia eſt*. D.Hier. Epiſt.10. ad Furiam, Tom.1.

## §. 3. *Videntur illi apes eſſe, ſed veſpæ ſunt: ſæpè namque vitia virtutes eſſe videntur.*

☞ 9 CONformiter prædictis hi non prætenderunt, corripere aliquem in Chriſti diſcipulis defectum ſed commaculare Magiſtrum & mirabilium operum eius ſplendorem obfuſcare. Hinc capimus, cur illos tam ſeuero Saluator vultu receperit: cur vt hypocritas accuſans ſepulcris, qui aliud præferunt exteriùs, & aliud prætendunt interiùs. Ignoſcat mihi Deus, Domine: illiſne indignaris? Nonne nos tu heri docuiſti, ac mandaſti, vt quicumque in fratre peccatum aduerteret, vadat & illum corripiat? Aduenerũt illi, ſuo iudicio, in diſcipulis tuis defectũ, quòd ſeruata in populo ſtatuta moreſque transgrediantur, quòd ad minùs aliquod poteſt parere ſcandalum illis qui hoc vident, idcirco accurrunt te de hoc monituri, vt ille defectus corrigatur: vtquid igitur excandeſcis? Vtique, & optima ratione, licet etenim prætextu corripiendi venire videbantur, nihil tamen in animo minùs reuoluebant: hoc vnicum erat eorũ ſtudium, Chriſto detrahere, in eius claſſis diſcipulos errata configendo. Non accedũt moti charitate, ſed mordendi, lædendique deſiderio furioſi, odio diabolico, liuoreque in Chriſtum inſtigati Miniſtri ſunt dæmonis quibus ſibi præualet aduerſarius Deo, id imitatus, quòd olim Deus contra ipſum, per alios ſuos miniſtros, cyniphes, veſpaſque effecerat. Inter opera Dei mirabilia, quando populum ad terram deducebat promiſſionis, hoc non minimum fuiſſe deſcribitur: cum ſeſe populo Dei barbaræ plures fortiter opponerent nationes, quo propoſito, viaque progreſſum impedirent, in illas Dominus miſit, non leones, qui illas enecarẽt, non tigrides quæ diſcerperent, non vrſos qui inter brachia cõſtrictas colliderent, ſed veſpas, cyniphes, muſcas. Res planè admiranda, quàm vt talem ſæpiùs expẽdit Spiritus S. multis Scripturæ locis, nominatim autem: *Miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas, & crabrones, vt paulatim illos exterminarent*. Excitauit Deus veſpas & crabrones, vt illos ſuos morderent inimicos, qui populo ſibi electo acriter ſe opponebant, quo vires illis eneruarent, torquerentque, ſicut & fecerunt. Hoc Dei facinus, fuit contra diabolum, illarum ferocium nationum Principem; quem vt Deum Dominumque ſuum agnoſcentes adorabant. Eodem ſtratagemate diabolus hodie contra Deum vti contendit, excitat enim contra diſcipulos ſibi chariſſimos veſpas, muſcas, crabones, Phariſæos, vt illos diuexerent, mordeant, vireſque labefactent.

I. Diabolus Dei ſimia.

Sap.12.8.

II. Diſcrimẽ inter apes & veſpas.

Quàm aptum, atque admirandum illorum hyeroglyphicum hodie, veſpæ & crabrones? Similes valde videntur apibus, crabrones, ſi ſonũ attendas quem alarum remigio edunt, nec non quoad formam ac ſui corporis diſpoſitionem: attamen diſſimiles valde ſunt in effectu: apis namque calore pectoris feruet admirabili, quò mel cõponit dulciſſimum, ceramq; confingit quæ illuminat, eoq; bombitu, quò volando perſtrepit hoc mel ceramq; prætendit: veſpa verò nihil horum agit, nihil intendit, ſed mordet, inficit, eiuſque morſus ad tui cordis intima peruadit: crabrones hoc tãtum moliuntur, vt te mordeant, ſanginem tibi exſugant, teque grauiter exacerbent. En tibi tales. Quales accedunt? quo ſtrepitu quo bombitu? Apes eſſe dixeris, qui veniunt vt corripiant: enim enim vir iuſtus, piuſque facit, qui velut apis, ſui pectoris calore feruens charitatis, licet pungere videatur, mel tamen producit optimi conſilij, ceramque lucis, quâ peccatoris illuminet intellectum: vt heri diximus; ſed non niſi veſpæ ſunt, quæ licet apum edãt bombitum, oſtẽdentes, quòd diſcipulorum veniãt errata correcturi, non tamẽ aliud intẽdunt, quàm Chriſtum eiuſque diſcipulos pungere, famam, bonumque nomen atque auctoritatem lancinare, cordiſque viſcera transfodere crabrones. 10 ☜

III. Qui ſint veſpæ.

Ita pluribus contingit, qui de peccatis agunt alienis, oſtendendo, quòd tantum intendant, illa emendare, & hoc ipſum eſt, quòd omnium minimè prætendunt, ſed potiùs calumniari, mordere atque proximi honori derogare. Accedis amicum tuum: Domine certè quidquam tibi narrabo, quòd animam meam lancinat, & in tali notam, quod in talem ingrediatur domum, quod hono-

rem ſuum ; fidemq́ue labefactet, & tibi quoque hoc refero, cum & eius ſis amicus. Dicito veſpa tradinoria, vt quid apem te eſſe ſimulas? Quod alteri bonum confers illa narrando? Quod amoris illi mel communicas, quamue ceram ad tentatiæ, quâ illuminetur, componis? An non vides, quod hoc ſit pungere proximum, eius honorem lædere, nulla ratione te ductum eius publicare crimina neſcienti? Domine miſereor talis viri indignitate conſtituti: eius namq́ue coniux, conuerſationem admittit, in viri ſui æſtimationis famæq́ue præiudicium; nec eſt qui virum admoneat, & dico, quia & illi ſalutem deſidero, meamq; cruciat animam. Veſpa es perfida: bombitum præfers apium, melle charitatis videris abundare & quoddam intendere commodum, at nihil minùs meditaris, dicito namque mihi, quid inde lucratur? Nec alterius corrigitur peccatum, & vxoris grauiter fama laceratur.

D.Baſ. Tom. 2.
D.Hier. L. 3. contra Pelagian. & dialo. contra Luciferian. Epi. ad Dimetriadem de Virgin. inter med. & finem eſt Epi. 1. Tom. 1.

Compoſuit D. Baſilius l. de Virginitate, quem Letoio Epiſcopo Melitenſi dedicauit; virgines adhortatur, monetque opera ſua, atque in eis ſuam ſedulò ſcrutentur intentionem: *Sunt enim* (inquit) *vitia quæ videntur virtutes, & opera mala, quæ ſancta iudicares*: & hoc omnibus adeo notum eſt, vt & ipſi Philoſophi Gentiles hoc non ignorarint: *Proxima & velut contigua iacent, Gentiles quoque aiunt, vitia eſſe virtutibus.* Hoc proſequitur argumentum D. Hieronymus hancq́ue ponit propoſitionem: *Vicina ſunt vitia virtutibus.* Hinc illam eduxit admonitionẽ: *Summa tibi ſcientia ſit, notitia ſumma, vitia virtuteſque diſtinguere: quæ quamuis ſemper contraria ſibi ſint aliqua tamen ex eis, tanta iunguntur ſimilitudine vt diſcerni omnino vix poſſint.* Hoc idem nobis Dominus innuit, locutus cum Iob de peccatoribus dæmonis membris ſub figura elephantis, vt declarat D. Greg. *Oſſa eius velut fiſtula æris.* Hoc aliqui de dẽtibus explicant elephãtis: namq; dentes habentur celebriores. Vox *fiſtula* in Hebræo legitur *Aphach*, quod robur ſignificat, q. d. *Oſſa eius velut fortitudines, robuſta, violenta æris aut chalybis.* Proh quàm ſunt oſſa hæc fortia. Declarãt hoc alij de coſtis, vnde & legunt *coſtæ*: alij, *latera*. Horũ autem oſſium fortitudinem in eo perpendunt, quòd turres ligneas ſuſtineant, vt alias diximus. Alij de pedum oſſibus interpretantur, quæ ſunt velut columnæ æneæ ſolidæ, nec vllas habent iuncturas, vt ait Strabo, inſuper & D. Ambroſius, ex quo modũ colligunt venandi elephantes, nempè, quòd arborem ſerrâ deſecent cui cum dormiẽs innitur vt ſuſtentetur, cadit, cum verò ſeipſum nequeat erigere, accedunt venatores, ligant funibus, ducuntque comprehenſum. Licet hoc non dicat D. Ambroſius, ſed tantum quòd nullas habeat iuncturas; & quòd ſint *crura eius velut columnæ, quibus tanta poſſit machina ſuſtentari.* Idem teſtatur Ariſtoteles. Attamen hoc non exponit, quod verba illa referunt: cum ad hoc non opus eſſet dicere, quod erant *ſicut fiſtula æris*, ſed dicere ſufficiebat, *ſicut columnæ*. Deinde, quòd alij dicunt, quod oſſa eius ſint ſolida, ſaltem dentes, nomini non conueniunt fiſtulæ.

VI. Detractores ſunt fiſtulæ æris.
Lib. 32. Mor. c. 21. & Iob. c. 40. 13.
V. Locus Iob difficilior explicatur.
Lib. 16.

Proinde congruentior eſt declaratio D. Gregorij dicentis, quòd hoc ſymbolo declarare voluerit, quòd diabolus ſit Dei ſimia. Deus carnem ſuper oſſa fundauit, ita quoque diabolus illos, qui caro ſunt fundat ſuper oſſa. Liquet, quòd oſſa fundamentum ſint carnis animalis. Dæmon quale componit corpus peccatorum? Et quomodo illos ſuſtentat? *Fiſtulis æreis, Æs*, ait D. Gregorius: *Significat ſapientiam ſonoram*, idcirco Græci in ſtatua illa ſignabantur per æs: *Æris fiſtulæ ſonoro aptari cantibus ſolent.* Vento inflatæ muſicam cõponunt. Muſica ſuauis, auribus grata & in eadẽ la alia eſt bonitas, quam quæ inſonat auribus. In hoc fundantur peruerſi, in rationibus, quas illis diabolus ſuggerit auribus ſuis accommodas, ſuiſque appetitui: & de his multa producit D. Gregorius exempla. Veruntamen hoc dilucidiùs exponit declaratio eiuſdem D. Gregorij ad ſequentia verba: *Cartilago illius vt laminæ ferreæ.* Credunt alij, quòd de iiſdem loquatur oſſibus, Noſter Cardinalis Caietanus ait, quòd in verbis hæc præcedentibus: *Oſſa eius velut fiſtulæ*, de oſſibus loquatur maioribus, & in his de minoribus: Cui fauet, te dixero Septuaginta qui legunt: *Spina eius ferrum fuſile*; quod loquatur de ſpina & coſtis, ſicque ait D. Gregorius Nyſſenus: *Cuius latera ſunt ænea.* Quod videtur eſſe ſpina dorſi. Hoc idẽ ſequitur Olympiodorus, qui declarat quòd *ſpina aut dorſum eſt membrorum omnium nexus.* Opinantur alij, quòd ſit præcedentis expoſitio. Et ita clarè legit D. Iſidorus: Oſſa eius velut fiſtulæ æris: *Oſſa inquam eius, velut baculus ferreus.* At alij interpretantur, quòd oſſa eius, ſcilicet oſſa ſint minora vt intelligit Caietanus *Sicut fiſtulæ æris, & ſolidiora oſſa baculus ferreus.* Oſtendit autem hæc declaratio, eſſe oſſa ſine medulla, non concaua, ſed ſolida, ac robuſta. Et in Hebræo vox Hebræa pro *cartilagine eſt ea, quæ oſſa ſignificat.* Optimas omnes has eſſe cenſeo declarationes: Verùm quæ magis noſtro congruit propoſito, illa eſt D. Gregorij: *Cartilago oſſis oſtendit ſpeciem, ſed oſſis non habet.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*habet firmitatem.* Sunt quædam opera, quæ virtutes videntur, & vitia ſunt.

Nemo negat, quin per oſſa (inquit) intelligantur virtutes: illæ ſunt de quibus cecinit Dauid: *Caſtodit Dominus omnia oſſa eorum.* Caro defectus, infirmitatem peccataque ſignificat, quæ communiter ex illa oriuntur, quidquòd caro, quæ vitium ſignat, videatur, formamque accipiat virtutis in diaboli miniſtris. Aliquorum crudelitas eſſe velut zelus apparet: remiſſio velut manſuetudo, pietas, benignitas: prodigalitas vt liberalitas, auaritia velut moderatio; pertinacia ſicut conſtantia, robur & fortitudo: velut benignitas inconſtantia, velut humilitas, timor inanis: velut libertas, ſuperbia: velut quies; ſocordia velut ſollicitudo: inquietudo velut feruor, præcipitatio velut conſilium, tarditas Hoc quoque notat D. Hieronymus: *Vicina ſunt vitia virtutibus, & ſi paululum declinaueris, aut euitandum tibi ſit, aut in præceps cadendum. Quantum inter ſe diſtant pertinacia Parſimonia & frugalitas, liberalitas & profuſio, prudentia & calliditas, fortitudo & temeritas, cautela & timiditas?*

Hoc eſt quòd diabolus agit, vitia, quæ caro ſunt, proponit quaſi firma forent & ſolida oſſa virtutis, & vt alia per ſuos illa miniſtros proſequitur & defendit. Hocque diabolo proprium, qui ſub titulo virtutis id efficit, vt anima ipſis in vitijs firma ſolidetur. Et hoc (inquit D. Gregorius) experientiâ diſcimus, quòd dum peruerſus quiſque vitium in virtutem vertit, in eo pertinax obduretur. Huic autem propoſito conuenienter explicat illud Hieremiæ: *Candidiores Nazaræi eius niue, &c. adhæſit cutis eorum oſſibus, aruit, & facta eſt quaſi lignum. Quid in eſſe niſi duritia fortitudinis, quid in cute niſi mollities exprimitur infirmitatis?* Pellem, quæ ad carnem pertinet, quam tegit, ſuſtinet & fouet oſſi ſingultu hærere; infirmitatem ponunt quaſi fortitudinem, & opera carnis quæ ſunt vitiorum, quaſi fuiſſent opera pietatis. O perfidos, qui furta ſua, libertates, inuidias, ſuperbias, opera carnis actus iactant eſſe virtutis, charitatis, amoris, zeli, & ſpiritus: murmurationes, oblocutiones Chriſto deque diſcipulis eius, velut actus cenſent eſſe religionis, & prætextu paternarum obſeruantiæ traditionum, cœleſte Chriſti laborant denigrare magiſterium: & quaſi proficientes in virtute, in omnibus ſuis ſceleribus nequius obſtrmantur: de his exempla proponit palpabilia diuina quadam eloquentiâ D. Gregorius: *Sæpè vitia virtutes eſſe mentiuntur, Hoſtis enim noſtri malitia tanta ſe arte palliat, vt plerumque ante decepta mentis oculos, culpas virtutes fingat, vt inde quiſque quaſi exſpectet præmia, unde dignus eſt æterna inuenire tormenta. Plerumque enim in vleiſcendis vitijs crudelitas agitur, & iuſtitia putatur, & immoderata ira zeli meritum creditur. Plerumque diſſoluta remiſſio, quaſi manſuetudo ac pietas habetur: nonnumquã effuſio, miſericordia creditur; tenacitas parcitas putatur; malorum pertinacia conſtantia dicitur, inconſtantia quaſi tractabilitas habetur, aliquando timor incompetens humilitas creditur, & vocis ſuperbia veri libertas æſtimatur. Plerumque pigritia quaſi continentia quietis attenditur, & inquietudo ſpiritus, vigilans ſollicitudo nominatur. Sæpe nã ea, quæ agenda ſunt incauta præcipitantia laudandi ſtudij feruor creditur; & accelerandi boni tarditas, conſilium putatur.* Talibus verbis Doctor ſanctus hoc proſequitur, & verè graphicè deſcribit id quòd in mundo geritur. D. Greg. Lib. 4. Mor. c. 24. & l. 9. c. 13. & la tes l. 22. c. 22. & l. 1. Epiſtolar. Epiſt. 24. 24. ad Ioannem.

Loquitur hic liberrimè, ſuperbè, in ſua prætenſione irreuerenter, impudenter, & credi vult, ſe virum eſſe, qui liberè loquatur veritatem. Furit alius, & zeloſus vult haberi: ille miſerabilis eſt, & ſe parcum, ſe iactat eſſe moderatum. Hic vecors eſt & puſillanimis, & vt manſuetus laudari deſiderat. Murmurator es, proximi tui peccata reuelans ignorantibus, & nteris, omnes te colant, vt malis alienis compatientem, remediumque proximi deſiderantem. O quantus iſtorum eſt in mundo numerus? Sunt illi, (teſte D. Bernardo) vulpes, quas ita ſponſus deteſtatur, vineæ deſtructices, magnaque ad illas dignoſcendas requiritur ſollicitudo; hoc enim his indicatur verbis: *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.* Verbum *Capite:* non tantum ſignificat, capere quantum illas intelligere, agnoſcere, conformiter illi quòd ait Apoſtolus: *Capite nos*, de quo alias. Illis attendite demoliuntur enim vineas: tanto namque ſuis in ſceleribus progrediuntur ſecuriùs, quanto tegunt illa virtutis pallio malitioſiùs: *Cum vitium virtus creditur* (inquit D. Gregor.) *Sine metu culpa cumulatur.* O prægrauem malitiam? Tales inueniri peccatores, quibus non ſufficicit innumera patrare ſcelera, ſed illa inſuper virtutis quærunt contegere pallio, Deique honeſtare ſeruitio, quatenùs in ijs tanto perſeuerent obſtinatiùs. Peſſimum te, cui parum eſt Deum tam grauiter offendere, quin inſuper & illi tua adaptas, quæ in illum committis, crimina. O maledictum Saulem, qui inobedientiam contra Dei præceptum, in titulum transformat diuini ſacrificij! & auaritiam ſuam diuino ſtudet honore palliare! Frater mi, ne minus tuum eſſe crederis

VII. Qui ſunt vulpes. Serm. 64. in Cant. — Cant. 2. 15. — 2. Cor. 7. 2. — Tract. 7. n. 18. — D. Gr. 3. p. Paſtor. admon. 1.

peccatum. An domi detines offendendi Deum occaſionem ? & hoc quòd in tantam Dei redundat iniuriam titulo laboras palliare virtutis ? Foras illam eijce. Heu pater mi ; famæ detrimentum incurret : affinitate mihi coniungitur , & non eſt præter me , qui illam protegat tot mihi annis ſedula fideliſque ſeruiuit · nec meritam illi mercedem ſoluero , ſi ſic emiſero : & qui illam ſuſtentet, habebit neminem, ſi hæc illi mea defuerit charitas. An non vides, quòd Dei titulo tuam contegas nequitiam. O periuri Scribæ & Phariſæi qui prætextu & nomine obſeruationis traditionum , ac legis , Chriſti & diſcipulorum eius ſatagunt minuere dignitatem. Scelus peſſimum ! quô ſtrepitu , quô properant bombitu? Apes videri volunt, quodque confingendi fauum virtutis deſiderio moueantur, ceramque lucis in illis , quos erraſſe iudicarunt, & non crudeles veſpæ eſſe conuincantur: illos etenim furens inſtigauit odium : nec prætendunt , niſi pungere Saluatorem, eius honori derogare, famam lædere, claſſem eius de tranſgreſſionibus maliſque notis arguendo.

## §.4. Quare diſcipuli tui. *Odium errata extollit ; erratum non erat, de quo carpebant Apoſtolos ; imò potiùs ſuperſtitio erat, quàm colebant.*

☞ 11. Prou. 10. 12. HIc liquidò patet eius Spiritus S. ſententiæ veritas: *Odium ſuſcitat rixas, vniuerſa autem delicta operit charitas.* Sibi opponuntur amor & odium , vnde & effectus operantur oppoſitos. Amor cœlat, diſſipat, imò & annihilat peccata, & quantumlibet grauia, parua facit: odium illa reuelat , expendit, appendit, extollit; & cum nulla ſint vel leuia , illa magnifacit, & velut montes aut turres attollit vt ſidera contingere videantur. Iuxta ſpecilla quibus vteris, tibi res eſſe videntur ; quædam res maximas , minimas oſtendunt : alia verò contra res minimas vt maximas repræſentant. Si conſpicilla nigra ſint aut viridia , quidquid his conſpexeris , tale eſſe demonſtrabunt. Si rubra, rubra quæque videbis. Attende num ſpecillis vtaris odij vel charitatis. Si charitatis peccata & licet grauiſſima, minima facient : quàm diligenter delicta filij excuſas aut tibi integerrimi, quæ licet ſint enormia, illa ita extenuas , vt aut nulla, aut leuiſſima eſſe videantur? Quàm exactè ponderas , quod vel fuerat inaduertentia , vel ignorantia, vel quòd non mala factum intentione, vel quòd non tam grauè, quàm refertur, ſed qui illud retulerit latiſſimas illi appenderit fimbrias, & quòd ſi in hoc defuerit, iam in alio vel ſuppleuerit, aut ſupplebit, aut quòd illi proximam dederint occaſionem, aut quòd obiecto pulſus fuerit adeò violento, vt vir non eſſet futurus , ſi quod egit non egiſſet , ita vt cuncta eius delicta maneant expurgata : *Suſcitat rixas.*

I. Charitas proximi operit peccata. Similitudo.

Rem in Ioſepho dicit D. Chryſoſtom. admirandam , quando pincernæ prædixit quòd poſt triduum in priſtinam dignitatem, Regiſque Pharaônis eſſet reſtituendus amicitiam illi demum demum ſic ait : *Memento mei , cum benè tibi fuerit , & facias mecum miſericordiam , vt ſuggeras Pharaoni , vt educat me de iſto carcere, quia furtim ſublatus ſum, de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum miſſus ſum.* O quàm grauibus fratrem fratres affecerant iniurijs , illum velut abiectum vileque vendentes mancipium. Quantâ iuuenem calumnia lacerarat adultera Domini ſui coniux. Quàm acerbo contra illum exarſit furore Dominus , dum ex perfidæ ore vxoris adulterij intelligit proferri teſtimonium: *His auditis Dominus & nimium credulus verbis coniugis iratus eſt valde , tradiditque Ioſeph in carcerem.* Non quieſcit, donec innoxium carceri mancipârit , manus pedeſque vinxerit compedibus , in magnam ſuæ fidelitatis, bonique nominis, quod apud Dominum ſuum adeptus, erat detrimentū. Et quòd inauditâ excuſatione, cum ſciret, & cognoſceret quòd *Dominus erat cum illo* , tam faciles præbuerit aures côiugio quo tam iniuſte grauabatur , vt tanta indignatione ſuum in Ioſeph furorem expleret. Scelus inauditum! *Attende obſecro* ( monet D. Chryſoſt. ) *quomodo nihil dicat contra ſceleſtam illam adulteram, neque arguat Dominum, neque narret fratrum in ſe inhumanitatem ſed tectis omnibus, recordare mei*, &c.

Quid rerum tu faceres ? At amore flagrabat Ioſeph in fratres , in Dominum ſuum, in dominam ſuam ardentiſſimo. Et licet opinionis ſuæ, famæ, propriæque commoditatis pateretur iacturam, horum mauult delictum abſcondere, & ſilentio tegere, à quibus mala ſuſtinebat, quàm illa in vulgus ſpargere, & manifeſtare , licet ex eo integra ſequeretur nominis ſui perditæq; famæ reſtitutio. Quis hoc in Ioſeph operatus eſt, quis huius auctor? Charitas : quæ etiam cum propriæ dignitatis detrimento proximorum zelat honorem, in iiſque delicta diſpergit ne eſſe videantur. Odium autem & execratio , delicta exaggerat eoque modò extollit , vt ea ad ſummum euehat gradum delictorum. Hoc clarè patuit in Ioſephi fratri-

„ fratribus, cum ex odio quod in eum conceperant
„ ob enarrata ſomnia ſibi per quietem oſtenſa, vt
„ delictum dignum morte in Ioſeph iudicarunt,
„ quod nec nomen delicti merebatur? Quis hoc e-
„ git? odiũ quô fratrẽ execrabantur: *Suſcitat rixas.*

III. Implicatio verbi, Suſcitat. 1.Reg.2. 3. Expende verbum, *ſuſcitat*, quo Spiritus S. vtitur, ad declarandam diuinarum manuum potentiam, quæ de puluere & nihilo producit admiranda & prodigioſa: *Suſcitans de puluere egenum* (ait primùm D. Anna, & deinde rex & Propheta Dauid) *& de ſtercore erigens pauperem, vt ſedeat cum principibus; & ſolum gloriæ teneat*, de nihilo creat Seraphinos, creaturas pulcherrimas adeò excellentes, vt nos in ſtuporem adducãt vehementem. De eo quòd non eſt prægrandem hanc educit cœli terræque machinam, quæ concludit, quidquid eſſe habet. De re tam fluida & humili aqua nimirum, eduxit aquilas, accipitres, aueſq; cæteras cœli ſidera cõſcendentes. Saulem aſinorum agalonem ad populi ſui eleuat Ducem, Dauidem paucarum patris ſui ouium opilionem, inq; paterna familia obliuioni traditum regem creat omnium quos mundus habuit illuſtriſſimum. Ex piſcatore pauperculo ſuæ ſtatuit Principem Eccleſiæ adeò præeminentem vt Imperatores inuictiſſimi, magno ducant honori quod eius loci limina deoſculentur, vbi eius cineres requieſcunt. Aquæ calicem ita extollit, vt omnibus Crœſi diuitijs præpõderet, & duo pariter viduæ minuta, ſic vt ducatis auriq; nummis diuitum longè præferantur. Hoc igitur agit odium: *Suſcitat rixas*: de nihilo, de modico puluere, quem ſi manu comprehenderis, non illum ſentis, extollit erigitque turres altiſſimas, & montes erigit, qui cœlum vſque pertingere poſſe videantur.

☞ 12 Gen.37.2. Ioſephum fratres omnes auerſabãtur: quia patrem de crimine monuerat, quod in maximam Dei cedebat iniuriam: *Accuſauit fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo*, &c. *Vnde oderant eum.* Narrat fratribus ſuis puer ſomnium quod viderat.

IV. Vnde odium fratrum in Ioſeph. Audite, nocte ſomnium vidi, ſolem & lunam & ſtellas vndecim adorare me: pariter quod ego, voſque omnes mecum, in agro meteremus, & omnium iam erectis manipulis, ſtantem meum manipulum à veſtris omnibus manipulis procidentibus adorari. Videbis illos, illa ſola de cauſa conſpirantes, & vt leones in illũ rugientes, magnoque ſtomacho, ſibi mutuo colloquentes: datur ne poteſt grauior impudentia, ſuperbiorque arrogãtia, quàm quâ proteruus hic tumet; loquiturque tenebrio? Quæ proditio adeò præſumptuoſa huius ſcurræ, qui cum cæteris ſit minorennis, animo cõceperit ſibiq; perſuaſerit nobis omnibus ſe fore ſuperiorẽ? Hoc ipſe ſomniauit; non noctibus ſõnium videtur, niſi eius quòd de die cogitatur. Attendite, quæſo, quàm ille traditor ſuperbis occupatur cogitationibus, qui cum nobis ſit ætate inferior, velit nobis ſuperior imperare: ſicq; in eum ſimul exardeſcunt. vt extemplo de illo occidendo ſacrilega ineant conſilia: vt in ciſternam veterem demittant, tandem illum mercatoribus vt vile diſtrahant mancipium, vt illum deducant eo vnde numquam amplius rediturus ſit nec eius vlla ſuperſit memoria.

Bone Deus, vnius pueri ſomnium, qui nec eius habebat culpam, nec veſtigium quidem, nec magis, in illius erat poteſtate illud ſomniare quã deſiſtere à ſomniando, quòd illud ita exaltent, vt non aliud niſi mortes dignum tantæ arrogantiæ videatur illis eſſe ſupplicium, & illum diuendere, nec occidere, magnam ſit immeritò conferre miſericordiam. Ne mireris: *Oderant eum:*

Quid tam inſolitum, quàm illud Principis Aman, ſupremi Regis Aſſueri familiaris, qui pauperem ſanctumq; Mardochæum curioſius obſeruat, & quia illi caput tranſeunti non aperiebat, nec de loco aſſurgebat venienti; ita moleſte hoc accepit, vt læſæ crimen diceret eſſe maieſtatis. Multis rationibus, alijſque interiectis conſiderationibus, omnium amicorum ſuorum cogit concilium, mulieris, filiorum, affinium illis ſuperbus proponit ſuam magnitudinem, diuitias, gloriam, regis amicitiam, fauorem ac gratiam, quâ illum regina dignata erat ad conuiuium cum rege inuitando, vt illum quaſi regi comparem reddiderit. Mihi igitur tali, qualem auditis, pileum non tollat, non aſſurgat homo vilis, terræ filius? quis ferat? quæ maior arrogantia? Num ſe mihi præſumit comparare? Rem ita verbis exaggerat, vt omnes reſpondeant: Talis impudentia non mitiori poteſt eluí ſupplicio, quàm cruce quinquaginta cubitorum altitudinis: tam arrogans enim ſuperbaq; præſumptio, iuſtum eſt, tam alto mulctetur ſupplicij genere, vt illud in eo conſpiciant etiam longiſſimè diſſiti, munduſque vniuerſus: *Reſponderunt ei: iube parari excelſam trabem, habentem altitudinis quinquaginta cubitos, &c.* Fierine poteſt, vt tanti ponderet Aman, quod illi caput nõ denudet Mardochæus? Quis credat, quod rem leuiſſimam qualis hæc, ita extollat, vt peccatum adeò graue videatur, quòd omnium ſuffragiô, crucem, quâ fieri non poteſt altior, mereatur.

V. Odium Aman in Mardochæum vnde ſit ortum.

*Eſther c. 5.*

13 ☞ VI. Odium Phariſæorum in Christum.

Attende Phariſæos, Chriſtum auerſantur, inuiſcerato contra eum flammeſcunt odio. Conſidera, quàm exaggerent, extollant magnique faciant nihilum, quomodo illud eueharit, quàm apparentes

parentes operi intexant ſtrigas, quibus omnium oculis irradiet, quò bellum inferre Chriſto moliuntur; quid res illa eſt in eſſe ſubſtantiæ? quòd diſcipuli manus ante prandium non eluant. Notat (inquit D. Petr. Chryſolo.) quòd de diſcipulis non querantur, quod ab ipſis ad cœnam inuitati manus non lauarent, hoc quippè faciebant, nec erant adeò rudes, quin politia bonisque moribus eſſent apprimè inſtructi; quinimò Saluator contra Phariſæum expoſtulat, quòd ab eodem inuitatus aquam pedibus non obtuliſſet; ſignum quòd quando inuitabatur, vrbanitatem ſeruaret, quæ congrua videtur eſſe ratione:

D. Petr. Chryſol. Ser. 171. Marc. 7.

*Quando conuiuio excipiebantur* (inquit D. Petr. Chryſol.) *manus lauaſſe credendum eſt, quis enim aquam manibus non offerat mox aduenientis conuiuæ obſequiũ? Quis ad offerentis triſtitiam eam recuſet, præſertim cùm Dominus ipſe arguat Simonem, inuitatus ad menſam: Pedibus, inquit, meis aquam non dediſti. Vult itaque fieri, quod ſic exigere perdocetur.* De hoc igitur expoſtulabant quòd veterum traditiones non obſeruarent, hæ autem erãt, narrante D. Marco ſæpiùs in comedendo manus abluere ita vt, ad quemlibet cibum quem comederent, licet aliud nõ fuiſſet, niſi bolus vuæ paſſæ: aut panis fruſtum; aut poma, aut perſica ſumerent, de lauando manus traditio ſeniorum haberetur. In prandio verò principali, nedum ſe lauabant ad menſam aſſeſſuri, ſed etiam aſſidentes, ad nouum quodque ferculum denuò lauabantur: *Phariſæi & omnes Iudæi* (inquit) *niſi crebro lauerint manus ſuas non manducant, tenentes traditiones Seniorum.* Aduerbium expende (*crebro*) id eſt ſæpe numero, repetitis vicibus. Huic intentioni ſeruiuit, quòd notat D. Ioãnes quòd Chriſto inuitato ad nuptias in Cana Galilææ: *poſitæ erant lapideæ hydriæ ſex ſecundum purificationẽ Iudæorũ.*

Ioan. 2. 6.

VII. Excuſãtur Apoſtoli.

Hoc igitur ſuppoſito, non erat peccatum, quod illi carpunt, Apoſtolos manus ſibi non abluere, quando ad prandium inuitabantur principale: nõ enim erant minùs bonis moribus imbuti, quàm virum deceat eſſe politicum, ſed illas non abluere ad cuiuſlibet cibi ſumptionem: *Phariſæi* (loquitur D. Petr. Chryſol.) *non diligentiam corporis in diſcipulis Domini, ſed ſuperſtitionis ſuæ baptiſmata & lotiones perquirebant.* Et ita aduertit Ianſenius, quod non obijciant, eos ante prandium non manus abluere, ſed *cum panem manducabant.* Vos obteſtor, notate, quale peccatum, id quod hominum nitidiſſimus vt ſuperfluam vanamque iudicaret ſuperſtitionem.

D. Petr. Chryſol.

☞ 14 Hom. 13. in Ioannem.

Quinimò Apoſtoli ita conuerſationi cum Magiſtro ſuo viuebant immerſi, vt (teſte D. Chryſ.) nec cibi recordarentur, vnde ſæpius per deſerta vagabantur, nec tamen vel fruſtum panis ſecum detulerant: *Obliti ſunt diſcipuli panes accipere,* ait Euangeliſta. Vnde cum Sichar vrbem Samariæ appuliſſent, abierunt illi vt ſibi victũ conquirerẽt. Iterum dum in deſertis vna alteraue vice cum innumera hominũ multitudine Chriſtũ ſequuntur: apud illos panis non inueniebatur, quem illi ſecũ in viaticum detuliſſent, ſed parum illud quod offerebatur, de pueris qui comitabantur, accipiebatur. Quocirca ſæpius indigi diſcipuli proficiſcebãtur, & tantâ ſe victus inopiâ preſſos lugebãt, vt ſi quando panis fruſtũ obtinerent, bene ſibi actũ crederẽt & aliquoties tantâ cibi premebãtur indigentiâ, vt illos neceſſitas cõpelleret, quò vitam ſuſtentarent, ſpicas vellere manibus, & pauca tritici grana in vitæ ſumere ſubſidiũ. En tibi quales cibi vt ſæpiùs idcircò lauentur manus: quinimò ſuperfluus eſſet & ſuperſtitioſus cultus ad talem ſæpè ſe lauare comeſtionẽ. Illum igitur puluerem, melius dixero, illud nihilum, vide quàm exactè attollant, quemq; ſtrepitum edant, vt illud turrẽ apparere faciant altiſſimam, ſeu montẽ qui ſidera tangat. Ad hoc cœtus fiunt in Hieruſalem, in hunc finem, diſcurſus per ciuitatẽ horrido bombitu, & negotiatione, conuocant Sacerdotes & Principes in Concilium, hoc proponunt vt quid quod neceſſario indigeat remedio, cõcludunt: eſſe tam graue declarant negotium, vt alijs fidere nõ expediat, quàm illis, qui præſentes aderant, flos religionis, & ſapientiæ, nec ſumptibus parcendum, licet multis, quod conueniens eſſet, illi ex ærario templi, vel publico ſumerentur, nec ob loci diſtantiam deſiſtẽdum, pluribus licet eſſet milliaribus iter faciendum. Ecce quales operi ſtrigas affigant, quos colores vt figuram exaltẽt: Quis non credat, ſi non videat aliud rem eſſe, quàm agebant, maximi momenti? Quis non intelligat, peccatum debere eſſe adeò pernicioſum, vt niſi aliter inſtruatur, dicat eius neceſſariam eſſe correptionem? Vide quis ſtrepitus, quale murmur, vt mundus perire, vt Religio ſubmergi videatur. Accedunt ad Chriſtum, legationẽ ſuam proponunt verbis adeò mordacibus, vt cœlum tangere viderentur: *Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum?* Illis obijcere poſſemus, quòd ſuis Iob amicis: *Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis, ſuper pupillum irruitis, & ſubuertere nitimini amicũ veſtrũ.* Solùm hoc habet peccati, quòd reprehẽditis, quòd tale videri faciunt verba veſtra tantâ eloquẽtiâ, & ad rem cõpoſita: Concinnare, eſt cõmponere, diſponere, & tali verba ordinare artifi-

VIII. Apoſtolorum parſimonia. Matt. 16. Ioan. 4.

Matt. 12.

Iob. 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

artificio, vt illud ad ſummum extollant, quòd nihil eſt. Quæ accuſatio, quàm oratoriè compoſita?

IX. Phariſæorum accuſatio perpenditur. Primò conſiderant, quòd illi ſint diſcipuli Domini: *Diſcipuli tui*, volentes in hoc innuere, quod illi debeant eſſe humaniores, cultiores & ſuis in actionibus circumſpectiores: populus qui perfectionem profitetur, nec in apice debet aberrare: *Diſcipuli tui*; ſuadet æquitas, vt in operibus ſuis eam præferant doctrinam, quàm à te tua cura, tuaque inſtitutione imbiberunt. Macula eſt, quæ veſtem inficit pretioſiſſimam, & quæ omnium oculis ſpectanda proponitur, velut olei in veſte coccinea.

Secundò: perpendunt, quod id quod agunt, defectus non ſit talis qualis, ſed tale quid, vt in illo deficere, ſit antiquas ſanctaſque eorum euertere traditiones, vnde dicunt *traditiones* in plurali, q. d. eo modo in hoc procedunt, vt per hoc inſinuent, quòd quoad illos, nulla ſit religioſa conſuetudo, quàm habeant, nec ſancta traditio quàm repræſentant; & quod ſine ſcrupulo, ſine timore contra illarum quamlibet peccabunt, quotieſcumque ſeſe obtulerit occaſio, ſicut in præſenti illas tranſgrediuntur.

Tertiò ponderant, quod illæ traditiones factæ non ſint, nec inſtitutæ per iuniores inexpertos, ſeu ignorantes, ſeu populum, nullius dignitatis, at per ſeniores, populum magni nominis, auctoritatis plurimæ: Remque fore non minimam, hoc quod tanta ſapientia erat perpenſum, per tales, ac adeo religioſos magiſtros prudenter inſtitutum, modo diſcipuli, nullius cœtus auctoritatis, infringere vellent & aſpernari. Perpende quà ratione nihilum extollant? Attamen huc adeſto, factum hoc comprime phantaſma, hanc ita palliatam denuda figuram, & videbis, quod nihil remaneat, quod in ſubſtantiam colligatur, in eo quod manus non abluant panis fruſtum comedentes: *Non lauant manus ſuas, cum panem manducant.* Te Deus à corde male affecto præſeruet: quod enim nihil eſt, faciet, vt mundus eſſe videatur, & de puluere minutiſſimo, montes & rupes vſque in cœlum excitabit.

**§. 5. Procedunt iſti in ſtaterâ doloſâ, in paruis ſcrupuloſi, at non in magnis: conſcientiam habeas timidam, non ſtultam.**

☞ 15 Iac. c. 12. Oſea.
EGregiè illos deſcripſit Dauid (vt notat Theodoretus) quibuſdam verbis, quæ huic propoſito tantum conuenienter dixiſſe indicatur. Viderat illos priùs in concilijs ſuis perfidis, quæ contra Dominum coëgerant, & machinati fuerant quos ſic alloquitur: *Quouſque irruitis in ho-*

Pſ. 61. 4.
*minem, interficitis vniuerſi vos, tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ?* Alio loco verba illa exponimus, & in ſubſtantia ſignificant: Infelices, qui turmatim irruitis in hominem illum Chriſtum: irruitis in hominem, ſicut illi qui parietem cernunt ad caſum inclinatum, & glomerant in illum impetum, vt ad terram proſternant. Indicatiſne, quod vos diſcedendo fugiat (ſicut reipſa Chriſtus ſeceſſerat in Galilæam quia quærebant eum Iudæi interficere, ait D. Ioan.) & vos extimeſcat, & modo facilè vobis ſit, vnico ictu, atque impetu illum in terram proſternere? Hoc autem ſcitote, quod in veſtrum cedet interitum, & ſiniſtro caſu res vobis ſuccedet, parieſque vosipſos conteret, verbis ſuis aſperis, acrique reprehenſione. Videt Phariſæos pariter conglobatos, vt parietem illum deijciant, atque: *Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in ſtateris, ut decipiant ipſi de vanitate in idipſum.* Illos nominat hominum filios: Transfert D. Hieron. *Filij Adam*, indicans quod terreni ſint, rebuſque addicti tranſitorijs, ſicut illis anteà dixerat: *Filij hominum vſquequo graui corde vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? illud veruntamen*, idem eſt, ac indubie, certè, totum hoc opus veſtrum reducitur ad vanitatem. Videntur in eo quod agunt zelo duci religionis, & beneficij communis: attamen maxima totum eſt vanitas: ieiunant, preces fundunt, eleemoſynas largiuntur, at omnia vanitas: *Vani filij hominum. Omnia faciunt vt videantur ab hominibus.* Omnia eo diriguntur, vt vocentur magiſtri, Domini noſtri: *Volunt ab hominibus vocari Rabbi*, vt ſibi primaria in conuiuijs offerantur loca, ad hoc dilatant phylacteria ſua, & veſtium magnificant fimbrias, lacernis induti procedunt, velut nauium velis, ventis enim agitantur, & quò magis extenduntur, eo plenius à vento tumet. Quàm inflati procedunt, ventoſi, cæteros elatis humeris arroganter deſpiciunt? O quanto faſtu conglobati ad hominem illum procurrunt, illum vt putant euerſuri, velut parietem iam inclinatum? Quò ſtant turgidi vt ſuæ ſignum auctoritatis, notamque maieſtatis: *Veruntamen, vani filij hominũ.* Vere ſunt illi viri omnium quos terra tulit, vaniſſimi, ſuperbiſſimi, inaniſſimi, ambitioſiſſimi. Viden' quales incedant? Ne obſtupeſcas, vani etenim ſunt, quos inanis propriæ mouet vetus æſtimationis. Et quid habẽt? *Mẽdaces filij hominũ in ſtateris.* O hoſtes Deo periuri, & execrabiles: iã enim prædixit Spiritus S. *Pondus & põdus, mẽſura & mẽſura, vtrumq́; abominabile eſt apud Dñũ.* Hãc cõgruè ſẽtentiã ponderat D. Greg. Pondus vnũ habes, quô alijs

Right margin notes: I. Iudæi vani filij hominum. — Pſ. 4. 3. — Matt. 23. 5. — II. Iudæi mẽdaces in ſtateris. — Prou. 20. 10. — Hom. 4. in Ezech.

alijs erogas quòd illis vendis, & aliud, quo ab alijs recipias, quòd tibi datur. Dominus execratur.

En quâ ſtaterâ ipſi ſua appendant, quæ cum ſint maximæ iniquitates, & totius mundi ponderis grauiſſimi, illa vt leuiſſima ponderant: *Reliquiſtis quæ grauiora ſunt legis*, ait Chriſtus; vos populus, qui Dei, parentumq; violatis æſtimationem, nec hoc eſſe alicuius ponderis, aut conſiderationis iniuſtè iudicatis. Millenis iiſque horrendis inquinantur ſacrilegijs templum Dei, coram ipſo & in facie profanantes, ſæuiſſimis ſuis auaritijs furta committunt maledicta, & non toleranda ſacrilegia quibus deuorant pauperes, miſeroſque conſumunt & hæc omnia vt bona, ſancta, religioſa iuſtaque diuendunt. Attende modo quo pondere defectus expendant alienos: vnum, non lauare manus cum panem manducant, quòd nedum peccatum non eſt, ſed potiùs quòd ipſi agebant contrarium, erat ſuperſtitio; hoc vt malum iudicant maximum, non tolerandum, ac dignum, vt ob hoc tota commoueatur Hieruſalem, in hunc finem tota proficiſcatur concio Principum, Sacerdotum, Doctorum, ac Religioſorum: *Mendaces filij hominum in ſtateris.*

Matt. 23. 23.

☞ 16

Vinum illorum prototypon depinxit, & diſtinxit, qui iam à longè illos præmouerat, deque illis præfatus eſt Oſeas: *Chanaan in manu eius ſtatera doloſa, calumniam dilexit.* Chanaan illos inſimulat, non quòd ex genere eſſent Chanaan, ſed vt illos à Deo vocet maledictos, velut Chanaam ab auo ſuo Noë, qui ait: *Maledictus Chanaan.* Similiter, licet natura Chananæi non eſſent, tales tamen ob morum prauitatem peruerſaſque conſuetudines eſſe cenſebantur: vt illis Dominus per Ezechielem improperauit: *Generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.* O ter maledictos, quod enim manibus habent pondus, mendax eſt & periurium, indicium pectoris eorum, odioſâ calumniâ redundantis: *Calumniam dilexit.* Vult Deus, vt quidquid egeris, appendas in ſtatera perpẽdens quid ſit quod agas, quid in illo, quòd præ manibus habes, prætendas operæ num ſit in Dei offenſam; num in proximi iniuriam, imò ad ipſa vſque verba, præcipit Spiritus S. appendas in ſtatera. *Verbis tuis facito ſtateram.* Gerebant illi pondus quo res appenderẽt, ſed iniuſtum, mendax, proditorium. Si quempiam videres, qui talem circumferret ſtateram, vt poſito ex vna parte boue, ſeu camelo & ex altera formicâ, muſcâ, pars illa bouis leuis eſſet adeò, vt cœlum vſque aſcenderet, illa vera, formicæ, magno ad terram decideret impetu, quod ferres de ea iudicium? O ſtateram doloſam, in quâ, quod grauioris eſt ponderis, leue eſt, & leue, quod nullum habet eſſe, pondus quo nullum poſſit eſſe grauius.

Oſ. 12.

Gen. 9.

Ezech. 16. 3.

Eccl. 28. 15.

III. Similitudo.

Phariſæos attende, qualem adferant ſtateram. In vna lance ſua appendunt ſacrilegia, furta, periuria, & illa nullius iudicant eſſe momenti, nullius ponderis; in altera collocant, in die feſto curare infirmum, in die Sabbati in terram ſpuere, non abluere manus ad fruſtum panis comedendum, & hoc adeò graue iudicant, vt propter hoc tota commoueatur Reſpublica, tantum excitent tumultum, tantoque reſonent boatu calumniatores. O perfidos ait Dominus: *Væ vobis Scribæ & Phariſæi: qui decimatis mentam & anethum, & cyminum, & reliquiſtis, quæ grauiora ſunt legis, iudicium &c.* Nota verbum, *grauiora legis.* Quis illos videat, eo tempore quo mentam, anethum & cyminum colliguntur quo ſcrupulo contendant, vt tam fideliter horum decimæ ſoluantur, ita vt ſcrupulum mouerẽt, ſi vel vnicum deeſſet granũ, & ſine ſcrupulo pauperum furabantur modios tritici quos ſecum in meſſem deferebant. O proditores, inquit Saluator: *Excolantes culicem & camelum deglutientes.* Domine, non hoc poteſt bibi vinũ, culex etenim illi incidit, & integros degluttiebant camelos. Conſcientiam prætexunt, ne Pilati ſubeant prætorium, ob diei feſti celebritatem, & nullo anguntur ſcrupulo ſi Dei filium ipſo Paſchali feſto omnium celeberrimo interficiant. Timidi ſi pomum illotis manducent manibus, & audaces vt pauperem, eius ſanguinem, vulnera, calamitates deglutiant, & in hoc non magis morantur, ac ſi nihil eſſet. Quantus iſtorum eſt in mundo numerus, mendaces in ſtateris, ſcrupuloſi in ijs quæ nihilo referunt, & in hoc quòd vix culpã attingit venialem, at in grauiſſimis peccatis mortalibus cauteriatam habent conſcientiam. Bonum eſt, virum eſſe timidæ conſcientiæ, atque in omnibus ſuis actionibus circumſpectum, vt Iob: *Verebar:* (inquit) *omnia opera mea, ſciens quòd non parceres delinquenti.* Et ſapienter ait Sapiens: *Beatus vir, qui ſemper eſt pauidus: qui autem mentis eſt duræ, corruit in malum.* Optimè viro ſuccedet, qui omnia ſua veretur opera, num prudenter in hoc agat? Num Deum in hac offendat conuerſione? Num in cibo temperantiam ſeruauerit? Qui namque ſine illo temerarius procedit timore, millies offendet.

[Matth. 23. 4.]

Matth. 23. 24.

IV. Phariſæorum ſcrupuli.

Iob 9. 28. Prou. 28. 14.

Tradunt medici quòd qui venas habet ampliſſimas de facili manibus corruat inimici, qui ſagittas illi infligit venenatas, ſicut enim venarum principium cor eſt, qui venas habet latiſſimas, quàm primum,

[Eccl.] 37. [31.]

V. Qui latas habet venas [illegible]

primùm, ſagittæ venenum infecerit, ilicò ſerpit ad cor, quo per latam graditur viam. Illi verò quibus venæ ſunt delicatæ, tenues, & anguſtæ, minori damno ſubijciuntur: ob venarum enim tenuitatem tantâ non poteſt ad cor celeritate venenũ accedere. Sic in mundo cenſeo contingere. Inter inimicos ambulamus, qui nobis ſagittas infligunt venenatas: hi ſunt mundus, caro, diabolus. O quàm efficaces, quàm mortiferas ſagittas ad deijciendum etiam potentiſſimos: *Sagittæ potentis acutæ.* Quas eiaculatur ſagittas diabolus, dum mulierem intueris elegantem? quàm mortiferum in te propria vibrat caro ſpiculum? quàm infectum verbis miſſile mũdus in te dirigit, dum te dolentem cernit, ob receptum ab alio conuitium? Quale, dum opes conſpicis proximi, quas tuis poſſis aſſociare & incorporare facultatibus? Infauſti, qui latiſſimas habent venas, liberas conſcientias, qui quidquid illis proponitur, reſpondent: quid refert? quid ad rem, ſi talis vel talis delecter conuerſatione? quid hoc tanti, ſi tantillo tempore luſuum accedamus hoſpitia? quis ſcrupulus ſi inter nos de ijs quæ in talis, vel talis ædibus, vel in ciuitate aguntur, colloquamur? Heu quot ex illis corruunt, & quàm eorum pauci, quorum huius ſagittæ venenum corda non penetrauit? Quid Dauidem perdidit, niſi aſpectus & oculorum extenſio ſine timore curioſa? quid Euam euertit, niſi imperterrita cum ſerpẽte collocutio? Quid Salomonem traxit in ruinam niſi ſibi certiſſimè arrogare, quòd tantâ ſecurus ſapientiâ cum mulieribus libertimè cõuerſari poſſet idololatris? Quid Samſonem ſupplantauit, niſi abſque vllo timore in ſinu Dalilæ recumbere meretricis? Quid hæc erant omnia, niſi latiſſimas habere venas ac reſpondere: quid hoc tanti refert? quid hoc ad rem? Tu perpende, tu mihi loquere, vnde tibi hoc, vt corrueris in adulterium, & tu in periurium, & tu in iniuſtum cõtractum & vſurarium? Tu ipſe nihil timens, imprudens tibi damnum conciliaſti, & parui referre iudicabas, ſed nec in hoc, nec in altero rem eſſe æſtimabas alicuius ponderis: *Nullum maius periculũ*, (audio D. Bernardum) *quàm non timere periculum. Maius periculum eſt in ſecuritate.*

Pſal.119.4.

Matt.5.24.

IV. Phariſæorum ſcrupuli.

D.BERN.

IV. Sancti picias habent venas.

Sancti verò anguſtas habent venas, timidi procedunt, vnde non facilè venenum eorum corda peruadit. Quo timore, quo ſcrupulo Tobias non anxiabatur, dum die ſolemni menſæ aſſideret: *Manducauit panem cum luctu & tremore, memorans illum ſermonem quem dixit Dominus per Amos Prophetam, dies feſti veſtri cõuertentur in lamentationem.* Quàm ſibi timidus Iob, ſic vt pactum inierit cum oculis ſuis, vt ne cogitarent quidem de virgine: *Pepigi fœdus cum oculis meis vt ne cogitarem quidem de virgine,* quibus ſcrupulis angi nos volebat Apoſt. dum diceret: *Cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini?* Quinimò Dauid: *Seruite Domino in timore.* Si in Deo ſeruiendo timendum ſit, an benefactum ſit quod ago, an hæc mea placeat oratio, ieiunium, opuſque bonum Deo ſit gratum, quid timendum cum Deus offenditur?

Tob.c.2.5.

Iob 31.1.

Philipp. c.2. 2.

Iſai.2. 11

18 Itaque bonum eſt, timidũ eſſe & in eo, quòd agis circumſpectum at bonum non eſt ſtultum eſſe, & ſcrupulis moueri ridiculis. Sapiens ſis, cui, proprium eſt cuique ſuum dare iuſtũ pondus, æquamque menſuram: *Sapiens eſt* (D. Bernardi ſententiâ) *cui quæque ſapiunt, prout ſunt.* Quòd peccatum eſt, vt peccatum attendere, quòd graue vt graue, quòd leue vt leue nec ſtultus ſis ſicut illi qui ſũt adeo perditi vt eius quòd nihil eſt angantur ſcrupulo, ſcrupuli inordinati vt ſcrupulum non ſentiant in eo quòd peccatũ eſt grauiſſimum, vt illis Saluator oſtendit. Videre licet Patriarcham Iudam anxium, ſollicitum, ne non ſeruet fidem, ſoluendo, quòd ob actum inhoneſtum nurui ſuæ Thamar promiſerat, quam cognouerat: *Certè mendacij arguere nos non poteſt.* Nullo tamen ſcrupulo torquebatur adulterij, in fide deficiens quam proprijs tenebatur ſeruare coniugibus.

D.BERN. Ser.160. in Cant. poſt medium.

VII. Scrupuli inordinati.

Gen.38.2.

Ridet D. Chryſoſt. Herodem, qui in cœna illa execranda, ſcrupulo premebatur ne deeſſet ei quòd iuramento puellæ ſaltatrici confirmarat, quem tamen non ſentiebat, dum caput iubet auferri illi, quo maior non erat inter natos mulierum, Ioanni Baptiſtæ. Timore angebatur conſcientiæ: *Propter iuſiurandum.* O te proditorem exclamat: *Et quamobrem quòd grauiùs erat non timuiſti? Nam ſi teſtes periurij habere formidabas, multò magis te metuere oportuit, tot tantoſque iniquiſſima cædis teſtes habere.* Iudicabant expedire ſacrilegi, quòd Barabbas viueret, & ad feſti celebritatem conueniret, ei à Pilato vitam expoſtulare: nec timent eodem feſto filium Dei crucifigere, & vrgere Pilatum, illi vitam adimat, quod ipſum illis Apoſtolus obiecit: *Petiſtis virum homicidam donari vobis, auctorem verò vitæ interfeciſtis.* En tibi mendacem Phariſæorum ſtateram, ponduſque falſarium. Imò & ab ipſis debuit didiciſſe Pilatus qui ſcrupulum iudicabat innocentem damnare non proteſtando, & manus abluendo, nec ſcrupulum habet morti adiudicans, quem innoxium ſciebat, & vitæ

Marc.6. 26.

D.CHR. Hom.49. in Matth. Tom.2.

Acto.c.3. 14.

tæ benè merentem. Hoc quotidie contingit. Aliũ videbis ſcrupuloſum, ſi pòſt acceptam ſynaxim exſpuat, nec talis eſt in reſtitudo quæ ſibi confeſſarius ilicò facienda præceperat. Grauis ſcrupulus, num benè Euangelium intellexerim, & nullus, ſi contra proximum oblocutionibus, ac murmurationibus aures præbuerim attētiſſimas. Anxius ſcrupulus, ſi Sacrum, dicta confeſſione, acceſſerim auditurus, & num ea de cauſa integrum audierim, nullus, num integram fecerim ſatisfactionem. Tales hi ſunt, nullo premuntur conſcientiæ remorſu, ſi parentes fame interire permiſerint (vt dicturi ſumus) & maximo torquentur, ſi diſcipuli panem manibus manducent communibus. Optimè igitur David: *Mendaces in ſtateris.*

### §. 6. *De vanis accidentibus ſolidam quærũt facere ſubſtantiam, quid pariter in Chriſti morte prætenderunt.*

☞ 19 POrrò videamus, quâ id ratione efficiant, vt res adeò leuis, eſſe aliquid appareat. Quomodo diſponent, vt nemo illos irrideat, qui tale conſpexerit ſtratagema? *Vt decipiant de vanitate in idipſum.* (Pſal. 61.) Vt decipiant, & quòd intendunt, aſſequantur, ſua præualent vanitate, ſuarum interponunt perſonarum auctoritatem, rem proponunt vt ſupremo totius orbis concilio determinatam. Ipſi perſonaliter accedunt. Ioanni Baptiſtæ legatos miſerunt: *Miſerunt Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem.* (Ioa. c. 1. 19) Hic illi ipſi proficiſcuntur, tribunal ſupremum, quòd Sanedrin vocant, ſeptuaginta duorum concilium, omnes illi Pontificum ornatu ſuperbi, penulis ſuis, phijlacterijs explicatis, fimbrijs patentibus, magno ſtrepitu, pompâ non vulgari, vt illud tantummodò fidem ijs faciat; qui illos viderint, rem eſſe grauiſſimam, quam proficiſcuntur tractaturi.

Primò: hoc primicerium ponunt, quòd ad ipſos ſpectet diſcipulos Saluatoris: *Diſcipuli tui*, inter eos etenim adeò religioſos, taliſque vitæ profeſſores minimus etiam defectus, maximus cenſetur, & eminet vt in nitidiſſimo lino macula. Hâc ratione illum ſummoperè conantur extollere. Vlteriùs nomen affingunt tranſgreſſionis veterum ſtatutorum, quæ reuerentiâ & antiquitate prædeceſſorum ſint veneranda, quorum inſtituta pluris ſolent æſtimari, nec vnam tantummodò proferunt, ſed & omnes: *Traditiones ſeniorum.* q. d. eò quòd agunt diſcipuli tui, funditus euertunt, quidquid ordinarunt, præceperuntque ſeniores. Si totum huius Eccleſiæ capitulum, quo confluunt totius regni ſapientiſſimi, conueniret, omneſque curam oſtenderent ſollicitam eius quòd ſibi agendum offertur, & magni laboris, ac multæ pecuniæ ſumptibus, medium mitterent numerum Canonicorũ, vt cum rege de eodem negotio conferrent, hoc caſu nullo alio examine, iudicaremus omnes, rem quæ agitatur, neceſſariò eſſe grauiſſimam. (I. Similitudo.) Hoc illi faciunt; eratque illis hæc conſuetudo, prout notat D. Leo Papa, qua vſi ſunt, dum ſtudent, vt Pilatus Chriſtum condemnaret, nullo inſtituto proceſſu criminali, ſolummodò viſâ Phariſæorum vanâ auctoritate, totius Synagogæ, virorumque maieſtate. (Serm. de Paſſione Domini.) Cum Chriſto in cōcilium conueniunt, & quantumlibet diligenter inquirant, fingant, mentiantur, moliantur, non inueniunt ob quid eum morti adiudicent. Falſos ſine numero plurimos adducunt teſtes, & nullos ſibi conuenentes: *Cum multi falſi teſtes acceſſiſſent. Non erant conuenientia, teſtimonia eorũ.* (Matt. 26. 60.) Concludunt illum tradere Pilato præſidi, ſqui condemnet traditum, vt autem nullâ aliâ factâ inquiſitione, vel proceſſu, morte dignus cenſeatur, vanâ ſibi præualent auctoritate, quocirca Chriſtum fortioribus ac ſtrictioribus vinciunt funibus, totâ ſuorum deducunt catervâ ſatellitum, ſequuntur illi phijlacterijs, fimbrijs, penulis, &c. veſtiti magnâ maieſtate vtique magni nominis viri, & mundi totius præclariſſimi, quatenus Pilatus illos conſpicatus, prætermiſſis omnibus de Chriſti facinoribus multò peius haberet iudicium quàm ipſi verbis potuiſſent explicare. (Matt. 27. 58.) Proinde ſe grauatos ſentiebant, ob interrogationem à Pilato ſibi propoſitam: ipſum accedunt, Domine, huc hominem illum adduximus, vt eum morti adiudices. Quærit ab ipſis Pilatus: *Quàm accuſationem affertis aduerſus hominem hunc:* (Ioan. 18. 29) Quid habetis in illum criminis? Sibi factam indolent iniuriam, & reſpondent ſuperbi: *Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum.* q. d. Ergone ſatis tibi non eſt, nos ipſos eſſe, qui illum tibi tradimus condemnandum? Noſipſi principes & Sacerdotes, noſipſi rectores, doctoreſque populi, ne ſipſi noſtras interponeremus perſonas, ac ſacri totius auctoritatem Concilij, niſi millenis eſſet mortibus obnoxius? Nihilominùs ſibi dari Pilatus vrget ſatisfactionem; quòd ſi ſicut in hoc, ita & in ceteris ſe geſſiſſet, iudex fuiſſet æquiſſimus.

Intro ſecedit cum Chriſto Pilatus, examinat cauſam, de criminibus obiectis inquirit, omnia 40 ☞

quæ

quæ proponebant, ac petebant eſſe detegit meros inuidiæ motus, nihilque aliud Chriſto contraire, præter inflatam vacuamque illorum auctoritatem, quâ moti ad tribunal concurrerant; vnde foras ad illos egreditur, alloquitur criminatores. Quis ille veſter ſtrepitus? quis tumultus? Negotium penitiùs inſpiciens inueſtigans obiecta cauſamque diſcutiens, dempto illo quòd veſtræ eſt præſentiæ atque auctoritatis:
Luc. 23. *Nihil cauſſæ inuenio in homine iſto ex his, in quibus eum accuſatis*. Rem excutite; iuxta datum Dei præceptum filijs Iſrael, ne, quia mulierem cernunt, earum quas bello ſubiugabant, ornatam monilibus, veſtibuſque præfulgentem nitidiſſimis, continuò venuſtam eſſe iudicarent, ſumerentque in matrimonium: ſi namque turpiſſimæ fucos affingas, pulcherrima videbitur, ſed illam his omnibus monilibus, ceruſsâ, mundoque muliebri ſpoliarent.

Vtinam res denudares, & in ſe, & per ſe illas conſiderares, ſi laruas tolleres, heu, quot, quæ vobis ipſis videntur bona, reperires eſſe deteſtabilia; quotque, quæ in alijs iudicas abominabilia, detegeres, nedum non eſſe mala, ſed optima, de
Tract. 8. S. num. 191. quibus alibi. En tibi Phariſæos, quòd in ſe iudicabant opus ſanctum ac religioſum deficere parentibus filios (vt dicturi ſumus) & in diſcipulis, vt errorem non tolerandum quòd error nullus eſſe conuincitur. Omnem hanc denuda huius vanitatis legationem, hanc arrogantiam, faſtum hunc & ſtrepitum, illumque in ſe conſidera. O quæ pueriles ineptiæ, quæ ſtultorum næniæ!

II. Similitudo. Si regni huius cogeretur concilium rebus tractandis grauioribus, & præmiſſis laboribus non leuibus concluderent vt pars media Conſiliariorum pompatico conueniret Epiſcopum comitatu, contra Eccleſiæ ſuæ Canonicos expoſtulatura, quòd tollentes pileum, nimis ſtrictè digitis ſuis extremam comprimant oram, ita vt aquam expungant; vel quòd extra ſuperpellicium brachia nimis protendant, quid diceres? Phariſæos nota, quales Hiruſalem egrediuntur; quantum tibi inferret admirationem, videre vrbis principes, primæ notæ magnates (ſic dixeris) turbatos, commotos, extrema preſſos ſollicitudine tantò viros illos rideres feſtiuiùs, quantò eorum negotium intelligeres euidentiùs potiori certè ratione quàm David Sau-
1. Reg. 26. 20. lem: dum ait: *Egreſſus eſt Iſrael, vt perſequatur pulicem vnum, ſicut perſequitur perdix in monti-*
III. Similitudo. *bus*. Perpende quale ſit hoc tanti Regis negotium *Rex Iſrael*: venatur pulicem. Quòd Rex cuncta præparet quo certum aptumque perſequatur, vel curratur perdicem inſequutus, quam falco perſequitur; tranſeat, at ſi videres, quòd ſibi conquireret magnum numerum venatorum, falconum, miluorum, canum leporariorum, moloſſorum &c. vt in montibus pulicem inſectetur, qui pridie carnem eius momorderat, quod de talibus occupato, ferres iudicium? Illos naſo ſuſpende; condole miſeris: iam enim videre licet illis ſuperueniſſe Dei maledictionem ore prophetico fulminatam: *Peccator centum anno-* Iſai. c. 65. 20.
*rum maledictus erit*. Alij legunt *Puer*. Vt maledictum habe, qui cum ſit centenarius, puer eſt puerilia tractat. O popule maledicte: centũ imo & mille millium ſenex annorum, adeoq; decrepite, vt ſicut David frigore conſtrictus, ceremoniarum pellibus coopertus, nullo ferues calore charitatis, aut virtutis, qui frigore congelatus emoreris talibus nihilominus ineptiis, nemiſque diſtendaris maledictus es, & optimo iure à Chriſto maledictus eſſe declararis.

## §. 7. Ab Hieroſolymis. *In ſeipſis graues non vident illi iniquitates, quas in aliis minimas vident: hæc conditio peccatorum eſt, Sanctorum conditioni contraria.*

ALia breuiter conſideremus; quæ hic cõmuniter expenduntur. Qui fieri potuit, vt illi ex loco tam remoto tantâque diſtantiâ, quali Hieruſalem à Galilæa diſſidebat, rem adeò paruam, nulliuſque momenti notare potuerint, & grauia, horrendaque crimina non aduerterent, quibus tota Hieruſalem ſordebat in propriis ædibus, ipſis Phariſæis ſpectatoribus, imò in proprijs ipſorum pectoribus? Horrebat vrbs illa ſceleribus execrandis, furtis, latrocinijs, iniuſtitijs, adulterijs homicidijs. Illam Iſaias indigitat Sodomam & Gomorrham, meretricem, latronum ſpeluncam. A Propheta Ezechiele accuſatur. *Ciuitas ſanguinum*. Talis hoc tem- Ezec. 22. 2.
pore viluerat, dum à longè Saluator eam intuitus, oculos ſuos in fontes liquefecit lacrymarum, eius deplorans excidium iamque capiti eius imminentem deflens calamitatem. *Videns* Luc. 19. 41.
*ciuitatem fleuit ſuper illam*. Eorum erant ædes ſpeluncæ latronum, pauperum bonis crepantes quas ſibi ſuis vſuris, ſuis rapiebant traditionibus fronte adeo perfricta, vt ipſum templum ſpeluncam, & coopercutum ſuis latrocinijs ſuiſque erigerent ſacrilegijs. Erant eorum pectora ſentina iniquitatũ, & prout Saluator illis expro-

brat: ſepulchra pulchra, foris dealbata, intus autem oſſibus, craneis mortuorum, vermibuſq; deteſtanda. Quomodo iſta tranſeunt, quæ ſibi proxima ſunt, nec aduertunt nec condemnant: & ibidem multis interiectis milliaribus rem intuẽtur adeo leuem, qua ſit nulla leuior, videlicet Apoſtolos panem immundis manducare manibus? Illis hoc liceat obijcere quod olim peruerſis Daniel illis Senioribus. *Innocentes opprimens, & dimittens noxios.* Indemnatos tantos dimittunt totque homicidas, latrones, adulteros quos ſecum habent, nec ipſos in ſua ciuitate, in ſuis aduertunt ædibus, & innoxios condemnant, quos à longè conſpiciunt.

Dan. 13. 2.

I. Cur peccator alienis ſẽper defectibus occupetur.

Huius rationem aſſignat Spiritus S. ſcelerati deſcribens conditionem, illi ſcilicet proprium eſſe, domi ſuæ neutiquam morari, & per alienas ſemper diuagari. *Peſſatui facilis in domum proxima.* Probat hoc pereleganter D. Hieron. locutus de quibuſdam mulierum facinoribus, quarum vexabat maritos inquietudo. *Gorgias Rhetor librum pulcherrimum de concordia, Græcis tunc inter ſe diſſidentibus recitauit Olympiæ, cui Melinthius inimicus eius. Hic nobis, inquit de concordia præcepit, qui ſe vxorem & ancillam tres in vna domo concordare non potuit. Æmulabatur quippe vxor eius ancillulæ pulchritudini, & caſtiſſimũ virũ quotidianis iurgijs exagitabat.* Num conuenit, vt ille, qui cum tribus ſuæ familiæ conuenire non poteſt, præſumat docere pacem, & velut eius magiſtrum in tanta multitudine Græcorum præſidere? Ipſius vxor perpetua crucietur æmulatione, pulchritudinis, ornatus, cultuſque pediſſequæ: & vir quo caſtior ea tempeſtate nullus habebatur, continuis, ac quotidianis litibus agitetur? An non argumentum hoc eius quod ſcilicet ſit peccatori proprium, domi ſuæ non hærere, & ſemper indagatorem, mordacemque per aliena diuagari?

Eccli. 21. 25.

D. Hier. L. contra Ieiunian. Tom. 2.

II. Similitudo. In pſ. 34. & in pſ. 118.

Circa hoc eleganter diſcurrit D. Aug. Illum qui hortum colit arboribus conſitum frugiferis, floribus refertum odoriferis, areolis ex herbis intertextum ſalutiferis eundem intrare & obambulare delectat; qui verò ſuum habet vt vepretum, aut ſpinetum, raro illum ingreditur, eumque magis per vicinorum delectat ambulare viridarium. Qui domum habet optimè compoſitam, ædificatam, pulchram, aulæis decoratam, cuius parietes tapetes cohoneſtant, pauimentum lapide ſtratum pretioſo, ſtragula manu artifici elaborata, picturæ elegantiſſimæ, ſcrinia mirifico opere exſculpta, feneſtræ latæ porticibus diſtinctæ periucundis, oculiſque gratæ, in illa ſibi perplacet, illam ſæpius contemplatur, ſemper nouum aliquid componit, & licet non eſſet aliud, quam hoc ex illo mutare loco, eo quòd melius expedire iudicet, his indeſinenter occupatur. Verumtamen qui illam, vt ſtabulum habet, fœtenti horridum ſtercore, quod vix ſemel per annum euertitur, parietes telis aranearum ſint cooperti, per pauimentum repant bufones, ſerpentes, aliaque inſecta venenata, ne verearis, quòd illum domi ſis detenturus, aut ad alias diuertit, aut in forum ſecedit ambulaturus. Tandem cui domi vxor eſt honeſta, pacifica, comes, elegans, eius gaudet conuerſatione, & vix ab illa diſcedit, niſi per tranſennam: at ille, qui mulierem patitur amaram procacem ſemper obgannientem, obmurmurantem, ne timueris, quòd diutiùs domi quietus ſit moraturus: de eo namque ſic teſtatur Spiritus S. *Tecta iugiter perſtillãtia mulier litigioſa.* Quæ virum lecto eijcit.

Prou. 19. 13.

III. Diſcrimen inter conſcientiam iuſti & peccatoris.

Conſidera (monet hic D. Aug.) diſcrimen inter Sanctos & peccatores, inter bonos & malos: Vir iuſtus viridarium habet cœleſte, animam ſuam, optimè cultam animæ ſuæ domum euerſam, mundatam, ſtragulatam, ornatam, compoſitam, pijs exercitijs, operibuſque decoratam: vxorem alit, conſcientiam intelligo, pacificam, venuſtam, quæ virum ſoletur, recreet vt D. Paulo contigit: ſic enim de ſe teſtatur: *Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ.* Hinc oritur, vt communiter ſint in ſeipſis, ſeipſos, & quod in domo eſt, contemplentur, Dauidem imitantur: *Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.* Similes teſtes Diu. Gregor. ſanctis illis animalibus, de quibus Ezechiel quæ licet plena eſſent oculis ante & retro, cunctos tamen greſſibus ſuis ac vijs intentos dirigebant. *Vnumquodque ante faciem ſuam gradiebatur.* Impius autem hortum animæ ſuæ habet vt ſpinetum, cordis ſui habitaculum ſordidum, immundum, execrandis horridum iniquitatibus & mille peccatorum ſerpentibus deteſtandum, mulierem patitur conſcientiæ, quietis impatientem, remordentem, quæ eo momento quo in ſe reuertitur millenis eum exacerbat, acclamatque vocibus, & ob commiſſa ſcelera remurmurat. *Accuſatricem perpetuam* (illam vocat D. Chryſoſt.) *circumit, obiurgat, laniat, flagellat, numquam quieſcit.*

2. Cor. 1.

Pſ. 100. 2.

Lib. 14. in Ezech.

Ezec. 1. 9.

D. Chryſ. Hom. 17. in Gen. To. 1.

Hinc elicit Theodoret. hoc non minimum fore tormentũ, quo in iudicij die vniuerſali torquebuntur ſcelerati: nimirum, quòd ipſis Deus oculos aperiet, quibus proprias intueantur conſcientias, fixâ oculorum acie (*a*) vt illos ab

In c. 2. Ep. ad Rom. (a) De ſo to ca ...

cis

eis deflectere nullatenus poſſint. Hoc enim Angelus Danieli dixit, de illis collocutus, quòd à Deo ſic diſponetur: *Vt videant ſemper* Quid videbunt? proprias animas ſuaſque corda, nec non quidquid in illis latet abſconditum. Idcirco (inquit) vocat Apoſtolus diem iudicij: *Diem reuelationis iuſti iudicij Dei.* Singulorum enim Deus aperiet oculos illis, detegendo conſcientiam, ſicque faciendo, vt fixos continuò oculos in eam habeant, quo pateat, quam iuſta ſit de talibus criminibus ſuæ ſententia damnationis. Hoc Deus per Prophetam Nahum populo minabatur. *Reuelabo pudenda tua in facie tua.* Pariter & per Dauidem: *Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* Teipſum facie ad faciem opponam animæ tuæ, & conſcientiæ tuæ: *Statuam*, vt nũquam ab ea poſſis oculos aliò diuertere, conſiderans quàm execranda ſint tua ſcelera, & quàm iuſtè æternis mereantur puniri cruciatibus. Audiamus D. Baſilium. *Forte grauior quam tenebræ & ignis æternus hic pudor erit, vt nunquam non oculos habeant ſceleratæ vitæ veſtigia tanquam indelebilis alicuius tincturæ.* Peccatori igitur oculos ad proprium deflectere cor, tormentum eſt non exiguum. Vnde ne timueris quod diutiùs in domo ſuo permaneat, ſemper foris egreditur ad alienas, vt altera de qua hic Spiritus S. *Non valens in domo conſiſtere pedibus ſuis.*

Dan.12.b. Rom.2.5. Nahum.3.5. Pſal.49.21. IV. Pudor conſcientiæ in inferno grauiſſimus. D. Baſil. Com. in c.1. Iſa. To.1. Prou.7.11

Diuina planè ſunt quæ vobis ex D. Auguſti. verba profero. *Dominus ait in Euangelio: Intra in cubiculum tuum, & ora patrem tuum. Beati qui gaudent, quando intra ad cor ſuum nihil mali ibi inueniunt. Quomodo nolunt intrare domos ſuas, qui habent malas vxores, quomodo exeunt ad forũ, & gaudent: cœpit hora eſſe, qua intraturi ſunt domum ſuam, & contriſtantur, intraturi enim ſunt ad tædia, ad murmura, ad amaritudines, ad auerſiones, quia non eſt domus compoſita, inter virum & vxorem non eſt pax: ita peccatores redire ad conſcientiam ſuam nolunt, ne ibi litibus peccatorum euertantur. Ergo vt poſſis redire ad cor tuum, munda illud: Beati enim mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt: aufer mala, & intra cor tuum, & ibi gaudebis.* Audiamus & illum alio loco non minori differentem eloquentia illaque Dauidis verba explicantem: *Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ. Medium domus meæ* (inquit) *domus ſua cor dicit: domus enim noſtra interior, cor noſtrum eſt. Hanc domum quiſque habet malam, pellitur ob illa foras. Qui enim in corde premitur mala conſcientia, quomodo quiſquis ab ſtillicidio exit à domo ſua aut à fumo, non ſe patitur ibi habitare, ſic, qui non habet quietum cor, habitare in corde ſuo libenter non poteſt; Tales foras exeunt à ſeipſis animi intentione, & de ijs, quæ foris ſunt circa corpus delectantur, quietem in nugis, in ſpectaculis in alijs malis quærunt. Quare foris voluerunt ſibi bene eſſe, quia non eſt illis intus bene, vt gaudeant in conſcientia ſua.* Qui quietem in ſua non reperit domo, certum eſt, quòd illam quærere debeat in aliena.

D. August. in Pſal.33. Tom.8. In Pſal.100. D. August.

V. Cur peccator ſemper foris euagetur.

Habes hic rationem cur viri ſancti in ſeipſis delectentur, in ſuis gaudeant ædibus, actibus, operibus, cordibus, oculos non à ſe diuertendo: vos autem, vos inquam, alijque vagi foris extra conſcientiam, extra pectus, extra domum, alienas tantummodò peruestigantes, & licet longius diſſideant: quid hic agat, quid ille, & quod nihil eſt in alio perpẽdentes, hoc quod in vobis grauiſſimum eſt peccatum non perpenditis. Ita Dauid peccatis ſuis inquinatus, diuitis vidit iniuſtitiam à Nathan ſibi propoſitam in pauperem, ſuam autem in Vriam nequaquam. Similiter Abſalon, cum manum leuaſſet in Dauid parentem, & copioſum conflaſſet exercitum, adeſt illi Chuſai, vir, de quo bene meritus erat Dauid, quæritque ab illo: Ad quid huc? Cui illi, vt tibi ſocius ſeruuſque cohæream. *O te perfidum* (inquit Abſalon) *hæc eſt gratia tua ad amicũ tuum?* Quis talem ſufferat patiens perfidiam? qui patris mei ſis amicus, qui tanta in te contulit beneficia, modo venias contra illum militaturus? nec ego hoc modeſtè patior. Siquis pallio trahat Abſalonem, illique dicat: Loquere Abſalon, vter plus debeat Dauidi, Chuſai illi familiaris intimus an tu filius illius, de eius egreſſus vtero? quænam grauior perfidia, num hæc, quã Chuſai committit, legum amicitiæ tranſgreſſor, an illa, cuius tu reus in patrem belligerans, debitæ parentibus obedientiæ fœdifragus? quis dicat, qua ratione hunc in Chuſai, & non in ſe defectum viderit Abſalon? Foras egrediebatur, & quod in aliena domo fiebat ſolummodo perpendebat: ex hoc numero Phariſæi perhibentur.

2. Reg.16. 17.

VI. Cur lex ſcripta tradita ſit.

Ex hac doctrina colligit D. Auguſtin. legis ſcriptæ neceſſitatem, quam Deus populo præſcripſit, quinimo & modernæ, quam & nos obſeruare conuenit. Vt quid dedit Dominus legẽ digito ſuo in duabus illis tabulis ſcriptam, ſic vt omnium oculis videretur? Certum eſt ac inductium quod ab illo tempore, quo Deus hominem creauit, legem illi dederit in corde ſuo naturalem, illa præſertim generali præcepta. *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris &c.* Hoc

ita profundè Deus inſculpſit, vt numquam poſſit eradi, & Spiritus S. his verbis indicauit: *In cogitationibus impij erit interrogatio.* Intus impius alit iudicem, propriam conſcientiam, quæ perpetuo ab impio inquirit, interrogat quando rem malam aggreditur. Hoc ipſum Apoſtolus locutus de Gentibus expoſuit: *Lex ſcripta in cordibus eorum inter ſe inuicem cogitationibus accuſantibus, aut etiam defendentibus.* Quamobrem igitur legem illam dedit ſcriptam, quam homo foris extra ſe conſpiceret, ſi intus illam gerebat inſculptam? Audi D. Auguſtin. *Manu formatoris noſtri in ipſis cordibus noſtris veritas ſcripſit: quod tibi non vis &c. oppoſitum eſt oculis eorum, quòd in conſcientia videre cogerentur, dicente Scriptura: In cogitationibus impij erit interrogatio, vbi interrogatio ibi lex.* Quot te inquietat interrogationibus conſcientia, rem malam patraturũ? Cur hoc agis? An non vides hoc tibi in tuum cedere detrimentum animæque damnationem? Hæc proponi non poſſent, niſi lex intus eſſet, quæ tibi quid malum quidue ſit bonum declararet. Sic ſe res habet (inquit ille) quòd intus in corde legem habeant homines ſcriptam naturalem: attamen quia communiter, foras egrediuntur, & hoc minus, quod in pectore latet conſiderant; hoc omne ſtudium eorum, quæ foris ſunt, & oculis patula in aliis perſcrutari; conueniebat hanc illis legem opponere, vt illam patenter inſpicerent. Iterum D. Aug. *Quia homines appetentes ea, quæ foris ſunt, etiam à ſeipſis exules facti ſunt, data eſt etiam conſcripta lex, non quia in cordibus ſcripta non erat, ſed quia tu fugitiuus eras, cordis tui ab illo, qui vbique eſt comprehenderis & ad te ipſum introreuocaris.* Nullum acerbius malo tormentum, quam ſi oculos ſuos deflectat, vt quæ intus ſunt aſpiciat, vnde & illos tantummodo in ea quæ foris ſunt, deflectit. Statuatur igitur lex iſta foris, omnibus pateat, vt ſaltem hoc illam modo conſpiciat.

Sap. 1. 7. — Ro. 2. 15 — D. Aug in pſ. 57. T. 8.

### §. 8. *Carnales corporis, eiuſque nitoris ſunt ſolliciti, animæ autem incurioſi: ſpirituales oppoſitè.*

23 NOta ſecundò, cur cum toti illi ſint in munditia & corporali nitore, animam ſuam negligant incurioſi. Nullus illis in curanda corporis munditia diligentior, vt nec vmbram ſordium patiantur, nec in extremo digiti ſui. Narrat D. Marc. id quod dicimus quòd numquam à lauando deſiſterent, domum egredientes, domum reuertentes: *Venientes à foro:* Si menſæ aſſidebant, dũ guſtato vno ferculo, aliud afferebatur. At in animæ munditie adeo erant incurioſi, vt nullum ſit ſterquilinium, nullũ fœtidius ſepulchrum, prout illis Chriſtus Dominus improperauit. Magna calamitas, & illa eſt quæ mundũ in occupat vniuerſum. Duo genera hominum in illo diſtinguit Apoſtolus: ſpirituales illi, carnales alij: hi curandis carnis rebus tantũmodo incumbunt, carnis ſtudẽt deliciis, voluptatibus, ornatui, ſanitati, luxuriæ, diuitiis. Illi vero ſolis ſpiritus animæque ſtudent bonis, puritati, ſplendori, ſaluti ſpirituali, mentiſque facultatibus. Dicunt illi valeat corpus, veſtiatur, excipiatur placidè, ſit diſpoſitum, ſit ornatum, ſit nitidum, nihil illi ex omnibus deſit deſiderabilibus: quomodolibet anima valeat, quid ad nos, dicunt hi: ſit anima ſana, quieta, bene culta, emundata, corpus autem quomodolibet valeat, nihil curamus.

Marc. 7.

Oritur autem hoc diſcrimẽ (inquit D. Aug.) quod illi ea ſola æſtimẽt eſſe bona, quæ corpori, quæ vitæ ſeruiunt temporali: *Hæc pars illius,* ait Eccleſiaſtes, & hoc ipſum aſſerit Propheta, vt ſæpe numero ponderat D. Chryſoſt. *a.* ex lectione Septuaginta quẽ ipſe ſequitur. *b. Æſtimauerunt hæc bona, quaſi ſtantia:* Hæc vt bona iudicarunt principaliora. Hi vero, ſola animæ bona, vt vera iudicãt. En tibi carnales, toti rebus deditu deliciarũ, ſanitatis, cultuſq́, corporis. Diues epulo, regina Iezabel, mulier illa meretricio mundo præfulgẽs quã Deus D. Ioa. monſtrauit; ſpirituales autẽ attende, quibus hoc vnicũ eſt negotiũ rebus ſpiritus & animæ conquirendis, nõ maiori cura illa quæ corporis ſunt curãt, ac ſi ad illos hæc minimè pertinerent, vnde & illud gerunt lacerũ, inops, debile, deſpectum, mortificatum. Vnum mirare Franciſcum, alterum perpẽde D. Dominicum &c. Apoſtolos intuere, nota qua cura non cura nutriant corpus, pulueribus obſitum, plagis horridum, fame confectũ, paupertie maceratum. Vnde concinnè D. Aug. illam exponit ſententiam: *Vos autem non eſtis in carne ſed in ſpiritu.* Quid ais Apoſtole ſanctiſſime? Nũ forte cœlites, aut mortuos alloqueris, qui iam extra mundum ſunt & carnem? *Numquid Apoſtolus alloquitur eos, qui iam carnis depoſuerunt pondus?* patet omnibus quòd non cum illis qui Romæ agebãt, litteras daret. Qua igitur ratione illis ait: *Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu?* In te eſſe aliquid, eſt eius curã habere. Sic alteri loquens Dñe, eſto in illo, quod tibi dico; Dñe ſis hic: Optimè dicit, quòd viri iuſti non ſunt in carne, quia eius curam nõ perficiunt, nihil illis

refert,

1. Duo genera hominum spirituales & carnales. — L. 3. de Genesi c. 2. Eccl. 3. — a Hom. in Heu. — D. Aug. Serm. Tom. Rom. 8.

referet,ſi infirma ſit,ſi debilis,ſi lacera, ſi langui-da vulneribus. *Non eſtis in carne*. Verumtamen in ſpiritu ſiſt. *Sed in ſpiritu*: hæc omnis eorũ perpetua ſollicitudo,vt mũdus ſit,integer,robuſtus, virtutibus ornatus,gratia confortatus, nulla fuligine, nulla peccatorum macula conſpurcatus.

24 II. Proh, quàm hoc eleganter ſponſa declarauit diuina: Die quodam ſponſum ſuum inuitat, vt ambo foras egrediantur: *a. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum* &c. *mane ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea* Siſte vocem ſiſte gradũ electa Dei ſponſa,quid ais? paulò ſuperius dixerat,quòd nullam vineæ curam habuerat, omiſiſſe nò neglexerat. *b. Vineam meam non cuſtodiui*. Si vineam tuam ſocors neglexiſti propalam eſt, quod tribulis ſpiniſque redundabit,palmiteſque futuri ſint incompoſiti; eo vero ſponſum tuum inuitare,quid eſt aliud, quàm velle,vt ſtupidam tuam videat ipſe ſocordiam? Ne cenſeas (inquit Orig.) adeo ſenſibus deſtitutam,vt illa ipſa contendat,ducatque ſponſum vbi ſuam videat ſpõſus ignauiam. Scito binas ſponſæ fuiſſe vineas, corporis & animæ, exteriorem, & interiorem; non ſponſa ſponſum ad vineam corporis inuitat exteriorem: nouit etenim à ſponſo hanc parui æſtimari,ſed ad animæ vineam allicit interiorẽ: hanc tam diligenti coluerat ſtudio, hanc floridã adeo fructiferamq́ue reddiderat,vt ſponſi raptura foret oculos;corporis autem erat vinea cuius curam neglexerat, etenim Dei ſponſa hanc minime curat;parũ refert quomodo ſe corpus habeat,valeat vt poteſt,animæ verò curã agit: hæc eſt enim vinea, quã diuinus ille ſponſus delectatur. Et hoc quoque conſiderare licebit in electis: attende quàm parua illos cura premat,cibi,potus,veſtitus;quàm parum corpori conſulãt, quàm ſegniter eius proſpiciant compoſitioni: vt ex eorum geſtis conſpicuum eſt. Hæc prima eorum ſollicitudo,curam animæ ſuſcipere: hæc etenim ea eſt, quam Deus attendit, in quam ſuos defigit oculos,vt Apoſtolus Petrus ait,mulieres allocutus eaſque adhortatus, vt animæ potius quàm corporis rationibus proſpicerent, quo Deo ſatisfaciant: *Abſconditus cordis homo* &c. *Qui eſt in conſpectu Dei locuples*. Hoc virorum eſt negotium ſpiritualium.

a Cant. 7.

b Cant. 1.

Orig. ho. 2. in Cant.

1. Pet. c. 3.

Egò (loquitur D. Chryſoſto.) nihil adeo à te quæro ſicut illud, quod iã non tie nullatenus facturũ,quantumlibet te ad hoc exhorter. Quod autẽ à te requiro res eſt rationi maximè cõſentanea. Dico, vt corpori prouideas, ſi eleganter cõpoſitus,mundus,comedas, vt illud ſuffulcias, eius complectere valetudinem: at animæ tuæ ne obliuiſcaris, & ad minus tantã eius quanta corporis gere ſollicitudinem. Satis parũ in hoc à te flagito inquit ille. Satis parũ à te depoſcerem, ſi tibi dicerẽ,tantũ de capite,quantũ de planta pedis eſto ſollicitus: tantum de gemmarũ ſcrinio, quantum de ſtraminea tua culcitra, tantum de filia nobili,domus herede, quantũ de vili mancipio,quòd cras foras eliminabis. Ergone credã, quod ex tantis curis,quibus circa corporis cultũ occuparis,ne vna quidem animæ negotiũ, cultumque tuearis? Ex tot vicibus, quibus mundũ vis induſiũ permutare, vel menſæ tuæ mappas, lectiue linteamina in corporis delicias, ne vel ſemel de anima cogites emundanda? Num conuenit (quærit D. Auguſt.) vt corpori tuo cuncta velis optima,nihil deficiat, nec deſit vel minimum,animæ verò tuæ de nullo prouideas? *Sic homines negligunt vitam ſuam, vt nolint habere malum,niſi ipſam. Villam emis? Bonam quæris. Vxorem vis ducere? bonam eligis. Filios tibi vis naſci? Bonos optas. Caligas locas? non vis malas: & vitam amas malam. Quid te offendit vita tua, quam ſolam vis habere malam, vt inter omnia bona tua, ſola anima tua ſit mala?*

Orat. de anima, qua incipit, qui honis operibus incendunt, &

Ho. 12. in Gen & ho. 3. contra vituperatores vitæ monaſt.

D. Aug. Ser. 6. de verbis. Domini Tom. 10.

III. D. Audiamus Chryſoſto. de hoc ſubtiliter diſputantem de cura diſſerit permagna,qua corporis cultui laboramus, cum eius nequeamus corrigere defectus,vibices, nigredinẽ, indebitã cõpoſitionẽ, aliaſque imperfectiones,niſi illas ad ſummum latuis contegendo ad hoc tamen tãta ſollicitudo. Porrò ad animæ pulchritudinem curandã,vltima eſt cura, cuius tamen defectus nedũ contegimus ſed realiter auferimus,adeoq́; reddimus venuſtã, vt *Cantor pſalmorũ dicit concupiſcet rex decorẽ tuum* &c. Quid ageret mulier turpis,ſi pulchram ſe adeò poſſet reddere, vt regis ad ſe & aulicorũ traheret oculos: quàm diligens,quàm ſedula foret, quibus non mediis, vt hanc aſſequeretur corporis elegantiam, vteretur? Hoc noueris,animæ pulchritudinẽ eam eſſe, quæ procuranda ſit,eſt enim perpetua, alia verò pulchritudo,cultus,corporiſque compoſitio fallax eſt & quæ deficiat,dũ illa maximè indiges, tibique eſt neceſſaria. *Fallax gratia & vana eſt pulchritudo*. His conuenienter explicat D. Chryſoſt. illud Aggæi: *Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ, plusquam primæ*. Nemo dubitat,quin primò fiat organizatio, corporiſque formatio quã animæ creatio,hæc eſt vltima, illa verò prima,q.d. Igitur honorabilior maiorisq́; ponderis erit gloria domus huius nouiſſimæ nimirũ animæ,quã primæ ſcilicet corporis,proinde magis animæ quàm corporis eſt tuẽda pulchritudo. In

Cura præpoſtera.

Li. de reparat. lapſi Tom. 5. pag. 400.

Divvs Chry. Tom. 5.

Prou. 31. 30.

Agge. 2. 10.

eadem

IV. Diſcrimen inter defectus corporis & animæ.

dé hac doctrina fundat præfatus doctor diſcrimen quod eſt inter defectus corporis & animæ, quò nos hortetur efficacius huius potius quàm illius, defectibus ſtudeamus reparandis. Quantumlibet, inquit, corporis defectus contegũtur, reparari tamen poſſunt minimè: animæ verò totaliter reſarciuntur. Et ratio huius eſt: quia hoc æſtimandum eſt quod eſt perpetuum, corporis defectuum reparatio, minoris eſt momenti: quia quodcumque ex eis reſtauratur, cito euaneſcit. Et neceſſarium eſt quotidie corpori ceruſſas apponere, oculos componere, faciem curare, & quidquid in toto corpore latet imperfectum, vt venuſtum appareat, & totum hoc & quidquid naturale eſt deficit in momento.

D. Ch.

Loquatur D. Chryſoſto. *Et citius euolat quam in elixeris decor oris vniuerſus. Et quid ſubeſt micantibus oculis? quid occulitur tectis naribus? quid ore celatur gratioſè, & malis purpureis? Certe nihil aliud quam gypſo incruſtatum ſepulchrum eſſe dixeris bonam corporis formam, modo exacte cognoſces, quàm diuerſis oppleta eſt intus ſordibus.* Animæ verò pulchritudo quàm pura, quàm magna, quàm ſecura? Diſſerit D. Chryſoſtom. de corporum dotibus gloria donatorum; quia ex illis faciendo coniecturam, pulchritudo animæ quanta ſit liquidò innoteſcet: *Vt terra, cœlum, & aqua ignis, lapidibus ſtellæ ſunt ſpecioſiores, & iridem potius quam violas, aut roſis, aut quoſlibet flores terræ admiramur* &c. *Deridicula videntur, quæcumque exempla ex rebus craſſis & viſibilibus deſumpſerimus, vſque adeo tenuiter delineant incomparabiles animæ dotes, & venuſtatem.* Cum igitur talis ſit tamque pura animæ pulchritudo, & ea quæ corporis adeò fallax & inſtabilis, talis eſt hæc noſtra miſeria, quòd in illa & corporis cultu nullam non opponamus ſollicitudinem, at animæ negligimus, ſic vt nihil magis, venuſtatem. Proſequitur hoc argumentum D. Chryſoſt. & huius occaſione factum enarrat cuiuſdam philoſophi ſatis facetum.

Divvs Chr.

V. Facinus philoſophi facetum.

Hic domum ingreſſus artificioſè laboratam, aulas ſedilibus, tapetibus, vaſariis ornatas, pauimentum aulæis ſtratum Attalicis, appetens exſpuere, ad domus dominum conuerſus in faciẽ eius exſpuit. Admirantibus cunctis reſpondit. Ne miremini, nihil enim hac in domo conſpicio ſordidum, nihil incompoſitum, præter domus Dominum. Ignoſcat mihi Deus, heu in quantis hoc domibus contingeret, vt illas ingreſſi, ſi Deus gratiam nobis largiretur videndi conſcientias animaſque domeſticorum, qualem conceſſit S. Catharinæ Senenſi, locum non inueniremus ipſis animabus ſordidiorem: cum enim multorum hæc ſit ſumma ſollicitudo, quatenus in eorum domibus & cubiculis, & in corporibus, omnia munda ſint ornata, ritè compoſita, ſolam habent animam vt equorum ſtabulum fœtens, horridum, & cum tanto labore complectantur corporis bona, nec ſemel eorum quæ pauperis ſunt animæ, recordantur.

## §. 9. Dicentes: quare Diſcipuli tui &c.

***Optimum linguæ epithetum: animal inquietum, plenum veneno mortifero, comburens vt ignis inferni.***

PErpende tertiò, Phariſæorum aſtutiam: qui quo Chriſtum perdant, euertant, euertuent, eiuſque ſcholam demoliantur, non machæris, non gladiis, non lanceis, nõ arcubus, aliiſque armis, quàm lingua vtuntur: hæc etenim vnica plus cæteris omnibus virum poteſt euertere ſanctiſſimum. Data opera de hac agit D. Iacobus, & quatuor inter alias ſcribit propoſitiones. Prima: ſoli Deo conuenit linguam refrœnare: *Linguam nullus hominum domare poteſt.* Quis merito mirabitur: ait, quod equis fræna inicimus indomitis quibus illos nobis ſubiugamus: & vela nauibus maioribus hoc in mari appendimus, quibus illas naucleri huc illucque dirigunt quæ cum ſint vt caſtra portatilia, quæ à vento mouentur, illas quocumque voluerint, inflectunt. *Linguam autem nullus hominum domare poteſt.* Locum hunc expendit D. Auguſtin. & ait, quod his verbis D. Iacobus intendat nos prudentes reddere & timoroſos: hæc vna ſit præ cæteris continua ad Deum oratio, vt linguam noſtram refrœnet, domet, cohibeatque: *Hæc ideo dixit, vt ad domandum linguam, diuinæ gratiæ poſcamus auxilium.* Nec diem elabi nobis ſinamus, inquit D. Greg. in qua hanc ad Deum non effundamus orationem: *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labijs meis.* Nõ fruſtra Deus nobis indidit linguam (inquit D. Gregor.) eſt etenim neceſſaria; ſed eſſe debet vt ciuitas inter inimicos, quæ portas habeat ſedulo cuſtoditas: quod ſi aliquid neceſſarium intrare debeat aut exire, ſtricte quis exeat, quis intret, examinetur. Idcirco namque dicit Spiritus S. *Sicut vrbs patens, & abſque murorum ambitu, ita vir qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.* Vrget neceſſitas, vt cuſtodia ſtatuatur fidelis, & impigra ſollicitudo: *Ori tuo facito oſtia & ſeras;* & hoc tanta diligentia, cum pauci

Iacob. 3. I. Quatuor de lingua propoſitiones. Prima.

D. Aug. L. de Nat. & gra. contra Pelag. c. ... ſerm. ... verb. Dom.

L. ... Mor. c. ... Pſal. ...

Prou. 25. Eccl. 28.

etiam Sancti, notat Origen. in omnibus & per omnia neceſſariâ inuigilent cuſtodia. *Hoc crimen neſcis* (inquit) *ſi vel iuſtos quoque & electos relinquat immunes.* Quinimo & Iſaias cum tantâ præcelleret ſanctitate, conqueritur, in ſe ſentiens defectum. *Vir pollutus labijs ego ſum:* at elegantiùs Spiritus S. vt beatum iam prædicat, quem hic non inquinat defectus: *Beatus vir, qui non eſt lapſus verbo ſuo*: & rationem aſſignat: *Quis eſt enim, qui non deliquerit in lingua ſua?* Lingua adeò indomitum eſt animal, vt in maximè bene compoſito aliquando calcitrando proſiliat, ſiue fiat ex inaduertentia, ſiue quia nemini ſe credat inferre nocumentum. *Eſt qui labitur lingua, ſed non ex animo.* Quocirca ſic nos hortatur D. Auguſt. *Intelligimus: quia ſi linguam nullus hominum domare poteſt, ad Deum confugiendum eſt, qui domet linguam noſtram.*

Secunda. Secunda D. Iacobi hæc eſt propoſitio. *Lingua vniuerſitas eſt iniquitatis*, eſt armamentarium quibuſlibet peccatis. Omnia noſtri corporis membra ſeruiunt iniquitati, teſtatur Apoſtolus. Attamen hoc illi, alterum huic, at lingua omnibus: eſt armamentarium omnis generis ſceleribus, impudicitiæ, ipſa namque eſt, quæ loquitur proditque amorem quo flagras erga illam, quam quæris euertere: ipſa promiſſa curat, dolos præſcribit, inuentiones diſponit furto: ipſa namque pauperem circumuenit, liquidas palliando vſuras, ipſa fecit, vt credas, te illi benefacere in ipſo, quo illum demoliris: Vindictæ, ſuperbiæ, furoris: *Vniuerſitas iniquitatis.*

Tertia. Tertia propoſitio, *Lingua modicum membrum eſt & magna exaltat.* Res minima, lingua eſt, inſtar digiti auricularis, & magna, rupes magnas exaltat; quos tumultus quas ſeditiones, quas cauſat diſſenſiones? Ex vno verbulo quantam videmus flammam excitari? *Ecce quantus ignis quam magnam ſyluam incendit?* inquit D. Iacobus. Quæ bella, quas diſcordias quas ſuſcitauit ſimultates? quot ſubmerſæ familiæ, quæ florebant amicitia? Quæ regna commota, quæ pacis fœdere fixa nitebantur? *Lingua tertia multos commouit* (ait Spiritus S.) *& diſperſit illos de gente in gentem, ciuitates muratas diuitum deſtruxit, & domos magnatorum effodit, virtutes populorum concidit, & gentes fortes diſſoluit: mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis*, &c. Perlege ſacras, perlege prophanas hiſtorias. Mirabile quid expendit de ſtellione Spiritus S. qui adeò viuax eſt, vt cum animal ſit minimum, per illuſtrium reptat Principum aulas, vſque ad ſumma faſtigia. *Stellio manibus nititur, & moratur in domibus Regis.* Res videtur exotica, animal adeo paruum ſine vllo obſtaculo lapideos aſcendere parietes æquiſſimos, elaboratos artificiosè: verumtamen, manus habet, vnguibus armatas inſtar harpaginum, quibus innititur. Maius quid lingua facit cum multo ſit minor, & cum nec manus habeat, nec vngues, caſtella tranſcendit altiſſima, palatia ditiſſima cathedrales peruadit Eccleſias, earumque capitula, vt nec quemquam liberum pertranſeat: per domos illuſtrium repit nobilium, per quaſlibet eorum aulas, & quidquid in illis agitur lingua peruagatur; per monaſteria quibus non ſunt obſeratiora, per viros quibus, non dantur magis ſolitarij; nihil relinquit in peruium, nihil intactum, nihil coopertum.

II. Lingua ſtellioni comparatur.

Vltima propoſitio hæc eſt: *Eſt animal inquietum, plenum veneno mortifero.* Miram admirare definitionem: *Animal inquietum* &c. Quid ſignificat animal inquietum? Eſt animal viuum, leue, inquietum, numquam ſedatum, modò hic, modò illic, quolibet diſcurrens. Attende quàm aptè deſcribat linguam *Animal inquietum.* Quantum ſapio, ſibi D. Iacobus diuinâ eloquentiâ propoſito congruâ, quò malam declaret linguam, muſtelam propoſuit, quæ cum tam parua ſit, inter cætera animalia maximè eſt inquieta, vocarique poteſt, *Animal inquietum.* Eſt autem hoc animalculum linguæ ſymbolum: duabus de cauſis: prima, quia de ipſo quidam concipiunt naturaliſtæ, quos refert D. Iſidorus quòd concipiat per auditum, pariatque per os. Concipit per auditum ſine ſubſtantia flatum, quem illi maſculus conſors infundit, quaſi ad aurem colloquendo, qui nihil aliud eſt, quàm exiguus aër, quem ore ſuo exſpirat; hunc recipit muſtela, & viſceribus ſuis illum nutrit, & modico elapſo tempore, per os animal parit adeò viuum, & bene formatum, vt ipſos queat leones enecare, ſicut reipſa illos ingreſſa per nares interficit: En tibi murmuratorem, animal inquietum muſtelam, quæ per auditum, modicum concipit ventum, quem illi alter inſpirauit: totum etenim illud, non niſi exiguæ fuit flatus ſubſtantiæ; hunc in ſe recipit, & mentis interiori, illum actuat, & fouet. Talis mihi hoc de illa retulit: ſed certè omnia non declarauit, quare indubiè ſic res ſe habere debuit, vel aliud quid interuenit hoc aut illud: & exiguo poſt tempore per os parit animal formatum: rem tantæ referens ſubſtantiæ, tantæque contra proximum infamiæ, tantæque efficaciæ, vt perdat & euertat illum qui

Quarta.

III. Muſtela ſymbolũ eſt linguæ.

Lib. 12. E.hymo. c. 3.

leo eſt, magni virum nominis & auctoritatis, vel mulierem in populo præcellentem.

27 Sentio verò hoc ſpectare voluiſſe Spiritum S.
Eccl. 19. 12. verbis quibuſdam obſcurioribus: *A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis.* Diuina eſt ſententia fatuus concipit ex ſolo auditu verbi vnius, quod illi de proximo ſuo retulerunt, & ilicò fit velut prægnans: non enim acerbioribus torquetur mulier doloribus, cum partum exoptat, quàm ille, cum per os parere deſiderat, quod concepit per auditum. Et hinc malum, quia id, quod per aures ingreſſum eſt, vnicum fuit verbum, res flocci, & generat infantem bene formatum, potentem, robuſtum, qui bella ſuſcitet, & reſpublicas euertat florentiſſimas. *Partus infantis.* O animal inquietum, ô muſtella
Leuit. 11. 28. perfida, quam meritò Deus ſuâ lege reprobam eſſe iudicauit. Cauſam profero ſecundam, ob quàm muſtela linguam ſignificet. Nimirum quòd animal ſit inquietum: *Animal inquietum.* En quàm oppoſitè linguam delineet: ea namque de cauſa à Dauide cogitationi comparatur. *Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua.*
Pſal. 51. 43. Quid hoc, linguane cogitat? Numquid non proprium eſt cogitare intellectui vel imaginationi?
VI. Lingua cogitationi cõparatur. q.d. Adeò cucurrit lingua tua velociter, ac ipſa cogitatio, quàm nemo cohibeat. Ne vereare quòd illam fortiſſimis etiam vinculis conſtringas: Viua eſt, leuis, penetrans, velox, quæ momento temporis de vno ad aliud peruolat extremum, de vna ad aliam excurrit Prouinciam.

Talis eſt lingua: quæ leuiter per publica repit loca, & cito citiùs ad Audientias proſilit, vno inſtanti, in choro verſatur cum clericis, & inde Romam vſque, imò ad occiduas peruolat Indias. *Inquietum malum.* Detine illam, ſi tibi vires ſuppetant, quocumque lubet, progreditur, quocumque lubet, accedit & penetrat inquieta. Si comedat hic, illo accedit, & ait ſicut de Chriſto Phariſæi: *Ecce homo vorax & potator vini:*
Matt. 11. 12. Si abſtineat, ieiunet, non comedat, illo properat, vt ad Ioannem Baptiſtam, quem tam ſtrictè lege ſeruantem ieiunia dum vident, obloquuntur: *Dæmonium habet.* Si proximo benefacias objicient: *In Beelzebub Principe dæmoniorum eijcit dæmonia.* Si quieſcat, ſi ſe contineat, dicet, quia
Ioan. c. 11. non poteſt: ſicut in reſuſcitatione Lazari: *Non potuit hic, qui aperuit oculos cæci nati facere, vt hic non moreretur?* Si crucifixus patiatur, im-
Matt. 27. 42. properabunt. *Alios ſaluos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum facere.* Si diuitijs abundes: accuſabit te quòd per vſuras auxeris facultates. Si pauper vixeris, quòd illas tuis dilapidaueris luxurijs. Si roſarium non legeris, inde notus es, Si legeris, hypocrita. Si pauperi non ſuccurras, audis auarus, crudelis, ſi ſuccurras, proprij lucri amator. Quo vult, aſcendit, vſque ad cœli faſtigium, adi ſum Altiſſimi thronum, vt eorum qui *Male locuti ſunt de Deo.* En tibi, quàm velox animal, quàm viuum, quàm inquietum. At multò peius, quod *plenum ſit veneno mortifero.* Pſal.

Notare videtur illud, quod ait Dauid ex quo ſumpſit Apoſtolus & ſubtiliter exponit Origen. Pſal. *Venenum aſpidum ſub labijs eorum.* S. Scripturæ familiare eſt murmuratorem ac detractorem aſpidem dicere, cuius morſus ſit venenatus. Ita Rom. 3. Sapiens: *Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit.* Latiùs hoc ex- Eccl. 10. plicat D. Hieron. (a) in illum locum. *Serpens & detractor, æquales ſunt, quomodo enim ille mordens venenum infert, ſic iſte detrahens, pectoris virus ſui in fratrem effundit.* De alio murmuras ipſo inſcio? hoc tibi perſuade te ſerpentem eſſe, qua verſute ipſo non ſentiente momordiſti, virulque infudiſti: Dicitur igitur quòd plenum ſit veneno mortifero. Hoc ipſum declarauit David, venenum vocans aſpidum. *Venenum aſpidum.* Aſpis venenum occultat ſub lingua, tamque mortale eſt, vt nullum recipiat remedium, & acerbis cruciatibus, pœnis, preſſuriſque occidat mortiferis: eſt etenim venenum ardentiſſimum, quod ita vehementer cor incendit, vt conflagrare videatur. Habes hic malæ linguæ venenum, mortiferum, quòd inſanabiliter occidit famam, honorem, dignitatemque proximi, & hoc intolerandis illum torquendo cruciatibus.

Quàm grauiter affligitur ille, in quem famæ denegrator murmuraſti? quàm dolenter puella torquetur, cui tuis detractionibus optimam interfeciſti fidem, continuis ſe lacrymis pœniſque conficiens? Congruenter ait Spiritus ſanctus exponens, qualiter lingua nequam mortem, adferat furioſam famæ, honoris, dignitatis. *Mors illius, mors nequiſſima, & vtilis* Eccl. *potiùs infernus quam illa.* Quot, heu quot vitam perdiderunt ob ea quæ dicta ſparſaque erant de illis: cenſentes multo tolerabiliùs mori, quàm tanta conſperſos infamiâ viuere, quâ illos maledicta lingua denigrarat? Venenum adeo mortiferum vt omnem reſpuat medicinam, adeò vorax, vt omnia conſumat. Ita teſtatur David. *Sagitta potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs.* Sagittæ penetrantes, incendentes, acutæ. Quis igitur hic? deſolator, efficaciſſimus, Pſal.

ignis

ignis infernalis. *Inflammata à gehenna*; loquitur D. Iacobus. Optimè de illo proloqueris, qui detrahere incipit; lingua huic incaleſcit. Quo igne? Infernali dicit Apoſtolus: *Inflammata à gehenna*; efficax adeo eſt ignis inferni, vt noſter hic eius comparatione, minor ſit quàm ipſe pictus: qui deuorat animas ipſoſque dæmones, puros ſpiritus. Et cum ita ſit vt lege naturæ, omne corporale licet in vnum confluat, dolorem non poſſit inferre puro ſpiritui, ille tamen ignis cruciat illos in inferno. Linguam attende murmurantem, inflammatam à gehenna, quæ ipſos comburat ſpiritus, illo accedit, illo penetrat.

Inquirunt SS. Patres cur Dominus populum ſuum puniturus, in tortores elegerit ignitos ſerpentes: *Miſit ignitos ſerpentes*. Serpentes erant (Num. 21. 6.) qui quaſi ignis eſſent, ſaliebant ſicut ſcintillæ & flammei cometæ, ſuis vrebant morſibus, virus, vt ignis, calidiſſimum euomebant, quod comprehenſos exurebat, mortemque inferebat atrociſſimam. Congruum ſanè ſupplicium, culpæ correſpondens: hoc namque Deo frequentiſſimum eſt, ait D. Chryſoſtom. *a*. quinimo & ipſe Spiritus S. de illis locutus ſic ait, interprete D. Cypria. *b*. *Per ea quæ peccat quis, per hæc & torquetur*. Erat eorum peccatum linguæ murmuratoriæ: nam contra Moyſen, Aaron, imò ipſum Deum oblocuti ſunt *c*. *Murmurauit populus contra Dominum*. Eſt autem lingua detractoria ſerpens adurens, ſagitta cum carbonibus deſolatorijs: ſit igitur ſupplicium, ſerpentum morſus deſolatorius, cui nullum in terris inuematur ſanando remedium. *Inquietum animal, plenum veneno mortifero.*

VI. Ignis ſerpentis congruit malæ linguæ ſupplicium.

a Serm. de Adam, Salomonis, Abſalom & pœnitent. Tom. 1. b Epiſt. 55. c Cap. 21. 17.

Alludit, vt opinor, D. Iacobus, illis locuſtis, quibus Dominus Ægyptios mulctauit, tam mortifero plenis veneno, vt Pharao Rex illas mortem appellarit. Expendunt SS. Patres diuino ſpiritu colluſtrati decumanas illas plagas, ſæuaque flagella, quibus omnipotens obſtipum illud durumque cor Pharaonis eiuſque populi caſtigauit: cum enim ſciamus, Deum tanto numero, pondere ac menſura in omnibus procedere, tamen ſingulariter in flagellis, quæ immittit condigna ſceleribus. Magnum habent indubiè decem illa ſupplicia myſterium, eſtque hoc verum, quod ſicut Pharao, atque Ægyptij Dei decem ſunt mandata tranſgreſſi, decem illos ita flagellis iuſtus iudex viſitauit, vt quodque peccato quod contra quodlibet mandatum commiſerant, conueniret. De quo D. Auguſt. vt varios, ita perdoctos habes tractatus. Octaua plaga ceu flagellum debebat culpæ conuenire, quàm contra octauum commiſerant præceptum. O quæ plaga fuit iſta adeo fortis, virus locuſtæ, oris adeo ferocis, vt omnem ademit arboribus, plantis, floribuſque pulchritudinem, nec non omnem terræ viredinem. *Deuorata eſt, herba terræ, & quidquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiſerat, nihilque omnino virens relictum eſt in lignis & herbis terræ.* (Exod. 10. 15) O quàm mortale virus, quod omnes inuadit arbores venuſtiſſimas, omnemque earum conſumit fœcunditatem; nullum dimittit florem odoriferum quem non deuoret, nec luxuriantem plantam quam non deuaſtet.

VII. Decem plagæ ... locuſta ...

Tanta verò fuit hæc plaga, vt ipſe Pharao mortalem eam eſſe iudicaret, & mortem appellaret, quando illam ferre non ſuſtinens Moyſen vocauit & Aaronem, ſupplicans, Deum rogarent, animalia illa adeo mortifera ac venenata auferre dignaretur. *Rogate Dominum Deum veſtrum vt auferat mortem iſtam.* Admirer maximoperè, quòd cum ſeptem aliæ præceſſiſſent plagæ, & illarum multæ mortiferæ, velut ſexta, nempè peſtilentiæ, quæ cuncta animalia in campis paſcentia morte percuſſit, & ſeptima grandinis adeo terribilis, vt quotquot homines, quotquot tãgeret animalia, occideret, nullam illarum Pharao vocauerit mortem, niſi plagam locuſtarum, quæ totam arborum, plantarum, florumque rodebat, perdebatque pulchritudinem. Attende quòd ſit plaga octaua in pœnam peccati contra octauum præceptum, quod eſt detractionis, linguæque peccatum. *Non falſum teſtimonium dices, contra proximum tuum.* Hæc pœna peccati declarat linguæ qualitatem, eſt enim animal mortiferum locuſta deuoratrix quæ nec arborem fructibus grauidam, nec plantam medicam, nec flores præterit odiferos, omnia demolitur. Nec electionem omittit, nec religioſum, nec virginem recluſam, nec viduam ſolitariam, nec virum dignitate primarium, nec plebeium, omnes impetit, omnes inficit, omnes interficit. A tali damno morteque liberet vos Deus.

### §. 10. *Linguæ venenum mortiferum eſt infamatori, infamato, & auditori: ideo laqueus vocatur malus.*

29

ADuertit autem eleganter D. Bernard. hoc venenum ipſo aſpidum veneno eſſe damnoſius: hoc etenim ipſum tantum inficit qui mordetur, non ipſum ſerpentem qui (*Ser. de triplici cuſt. manus linguæ, & cordis.*)

mordet. Linguæ verò malæ vehenum, virum occidit in honore ſuo, bono nomine ac dignitate, & ipſum qui mordet pariter interficit, inſuper & audientes. Huic materiæ eſt ſententia conueniens Spiritus S. *Propter peccatum labiorum ruina proximat malo.* In Græco clariùs *In peccato labiorum laqueus malus*: laqueus malus eſt peccatum quod ore committitur. Duæ de hoc aſſignantur rationes, prima D. Bern. quam tetigimus, quòd dicatur laqueus malus, eò quòd irretiat, capiatque plurimos. Laqueus comprehendere ſolet perdicem, leporem, virum: attamen quàm malus ille foret laqueus, qui collo alterius iniectus, quem ſatellites iuſtitiæ miniſtri ſtudent illaqueare, pariter & ipſum tortorem, omneſque ſpectantes irretiret, & omnes nemine excepto præfocaret? Talis eſt linguæ maledicæ laqueus (ait D.Bern.) primò namque irretit eum & perdit de quo obmurmuras, ſecundò irretit perditque te detrahentem, qui tortoris velut officio fungeris, alterum enim in honore ſuo ſuſpendis. Tertio capit & illaqueat omnes aſtantes. *Ferociſſima planè vipera, nimirum, quæ iam lethaliter tres inficit flatu vno.* Primò deſtruis & illaqueas illum, de quo malè loqueris, cum illi honorem adimas: qui ſæpè, ipsâ vitâ pluris æſtimatur. Heu quot lugemus irretitos, qui ſua non poſſunt fortunæ incrementa proſequi hoc laqueo perditi & comprehenſi! quot puellæ nobiliores? Quot coniugatæ honeſtiores? quot pij religioſi perditi, per hoc quod de illis malè detraxiſti?

Prou. 12. 13.

I. Lingua laqueus malus.

D.Bern.

Hoc optimè declarauit Spiritus S. (inquit D. Chriſoſt.) dum ait: *Multi ceciderunt per gladium, ſed non ſic quaſi qui interierunt per linguam ſuam.* Nullus eſt gladius qui tot iugulet, vt mala lingua. Exaggerat Spiritus S. inuicti ducis Dauidi fortitudinem: qui cum omnium eſſet manſuetiſſimus: *Ipſe quaſi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interficit impetu vno.* Lingua tenerrima videtur, vt vermiculus: *Tenerrimus vermiculus*, & impetu vno nedum octingentos, ſed octo millia interficit: cum vno impetu velut acutâ nouaculâ (teſte ipſo Regio Propheta) honorem famamque enecet monaſterij monialium, & totius chori Eccleſiæ Cathedralis, & vnius vrbis oppidanorum. Audite Spiritum S. *Lingua tertia multos commouit, ciuitates muratas deſtruxit, domos magnatorum effodit virtutes populorum concidit, gentes fortes diſſoluit, mulieres viratas eiecit & priuauit eas laboribus ſuis.* Hæc verba ſingulariter ponderanda ſunt, quo malæ linguæ nocumenta conſpicias.

Hom. ad baptizat.

Eccl. 28. 21.

2. Reg. 23.

II. Linguæ damna.

Eccl. 28. 16.

Objicies mihi (inquit D. Bern.) quid hominum aliquos lingua interficit? qui fieri poteſt, cum lingua res ſit adeo tenera, & videas, quòd ita viuens poſt maneat ille, cui detraxiſti, quàm antea fuerat? quis credat, quòd res adeò leuis, vt vnicum verbum, ſibilus auræ ex ore progrediens, ilicò tranſeat, alterumque confodiat? Parum videtur hoc referre cum frequenter in ore habeamus: verba & & plumæ à vento circumferuntur (a) *Dicimus leuis res eſt ſermo, tenera, mollis, & exigua caro, lingua? dixi hominis, quis ſapiens magni pendet?* O frater mi (reſpondet ille) leuiſne tibi res videtur? ſcito igitur quòd non leue infligat vulnus, ſed ad intima penetret cordis. *Leuis quidem res ſermo, quia leuiter volat, ſed grauiter vulnerat, leuiter tranſit, ſed grauiter vrit, leuiter penetrat animum, ſed non leuiter exit, profertur leuiter, ſed non leuiter reuocatur, facilè volat, atque ideo facilè violat charitatem.* Quid minoris ſubſtantiæ quàm muſca? vnica tamē ſufficit, vt liquorem perdat pretioſum. Lancem habes ferculi optimi quod comedas, fortè fortuna incidit illi muſca: ô quis horror, illam exime, mouet etenim ſtomachum: *Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem vnguenti.* Incidens muſca ſubſtantiam non perdit vnguenti, nec pretioſi cordialis nec liquoris optimi, ſed tantum eius munditiem inquinat acerratque ſuauitatem. Talis eſt mala lingua, ſubſtantiam virumque non perdit de quo malè loquitur, quemque impetit, ſed eius munditiem coinquinat, amaricat bonum famæ odorem, gratamque nominis reputationem. *Vilis res eſt, muſca moriens, ſed exterminat oleū ſuauitatis.* Quid fumo exilius? nihilominus attende qualem reddat imaginem, quam inficit? quàm nigram, quàm à primo colore diſtinctā, talis eſt mala lingua Quot vaſa liquoribus plena pretioſis videmus per has muſcas odoris amiſiſſe ſuauitatem? quot venuſtas imagines obfuſcatas, colore viuo, pulchroque ſplendore ſpoliatas? Mala igitur lingua occidit primò illum de quo detrectat & loquitur murmurator.

40 d.

(a) D.Bern.

III. Lingua musca

Ad rem ponderat D. Hieron. illa verba Salomonis b: *Sicut mordet ſerpens in ſilentio, ſic qui fratri ſuo occultè detrahit.* Nec illud tantummodo adfert nocumentum, inſuper & illum ipſum occidit, qui illam mouet, & loquitur, in quo illud Dauidis impletur. *Gladiu eorū intret in corda ipſorum.* Quia in ſeipſis charitatem, animæ vitam, extinguunt ait D. Bern. *An non amittunt vitam, detractores Deo odibiles?* Deo nuncupantur odibiles: quia quod Deus præ cæteris amat, charitas eſt, & hanc illi interficiunt, illamque offendunt.

Aptè

Aptè Spiritus S. *Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam, qui autem inconſideratus eſt ad loquendum facies mala.* Quid igitur, ſi ego alterius famæ detraxero, ipſum impetierim, num mihi noceo? Vtique, licet enim alteram tuo verbo percutias, eodem tamen tibi cor transfodis, cordi proximi charitatem auferendo, quæ vitam illi vtique conſeruabat incolumem.

31 Tandem omnes illaqueat circumſtantes: quia ſiue ex eo, quòd illud libenter audiant, ſiue quia abſentem non defendunt, ſiue quia tacent, communiter læduntur, ac eodem laqueo capiuntur, quia & ipſi contra proximi peccant charitatem. Si ſcurram videres, qui tibi germanum pugione confoderet fratrem, aut qui claui ſcrinia aperiret adulterâ, gazaſque prædaretur abſconditas; tu verò attentus illum conſpiceres, exultans & lætabundus ob id quod in tui committitur fratris iniuriam, num te à peccato liberum arbitraris? Numquid non coram Deo grauiter deliquiſſes? Nota eſt illa D. Pauli ſententia: non ſolum pœnæ noxios eſſe, qui delictum committunt, ſed & qui ſpectatores tacent, facientibuſque conſentiunt. (Rom. 1.) Vides igitur, quòd alter impia ſua lingua, velut acutiſſimo pugione, proximum tuum transfodit, cor illi peruadit, vides quòd claui linguæ adulterâ, famam illi deprædatur pretioſam, & taces, & audis, & rides: Num à te peccato immunem eſſe poſſe perſuades?

IV. Confeſſio Iſaiæ polluta labia. D. Gregorij. a. ingenio conuenit illa verborum Iſaiæ ſubtilis interpretatio. b. *Va mihi.* Quid tibi Propheta deeſt? quæ te mala ſors cōtriſtauit, vt ſic impatienter doleas? *Quia tacui, quia vir pollutis labijs ego ſum.* Parcat mihi Dominus: ergone quia tacuiſti, labia tua polluiſti? Si forſan inconſideratè fuiſſes locutus, puellæ alicuius famam denigraſſes. Sacerdotis honori derogaſſes non mirarer, nec & ſi nimis fuiſſes in verba profuſus: audiuimus enim Spiritum S. atteſtantem. *In multiloquio non deerit peccatum.* Quia tacuiſti? quinimò & alius aiebat Philoſophus: locutum me fuiſſe pœnituit: at tacuiſſe, numquam. Inſuper idcircò (dicit) quia tacui in medio populi loquacis conuerſatus. *Et in medio populi polluta labia habentis ego habito.* Cuius ergo tu culpæ reus, in eo quod alij loquuntur? Num alicuius ſtuduiſti honori detrahere, diffamare proximum? Minimè; ſed inter illos habitaui, qui hoc faciebant, & *tacui*: Vt enim polluta habeam labia, ſufficit, quòd me loquenti non oppoſuerim, murmuratorem non arguerim, & famæ proximi mei vindex non ſurrexerim. Hoc proſequitur argumentum D. Hieronym. & multis præmiſſis ſanioribus conſilijs, illud concludens adiungit: ſuper omnia, te præmoneo, à detractione & murmuratione parcito linguæ. Replicabis: non murmuro, non detraho, ſed quid mihi agendum, ſi cum alijs conuerſatus alius famæ proximi obloquatur? Num illi os clauſero? Num in mea eſt poteſtate huius vel illius diſcurſus verbaque compeſcere? (a) *Sed dices, ipſe non detraho, alijs loquentibus quid facere poſſum?* Frater mi (reſpondet) ſunt illæ rationes, quas conuerſationis amici, ſuæ malitiæ pallium communiter obtendunt. *Ad excuſandas excuſationes in peccatis iſta prætendimus.* Nec crediderís ſimilibus te poſſe verbis Chriſtum ludificare: nos enim præmonet Apoſtolus: *Nolite errare, Deus non irridetur.* Sit ita (inquit) vt non poſſis non loquentes audire, ſed hoc potes, dum hic incipit proximi nomen lædere, vultum oſtendere amariorem: noſti enim Spiritus S. axioma. *Ventus Aquilo diſſipat nubes, & facies triſtis linguam detrahentem.* Vt rupem te durum oſtende, vt linguæ alterius repercutiens impetum, illum contriſtes. *Sicut enim ſagitta* (verba ſunt D. Hieronym.) *ſi mittatur contra duram materiam, nonnunquam in mittentem reuertitur, & vulnerat vulnerantem, illudque completur: facti ſunt in arcum prauum, &c. Ita detractor cum triſtem faciem viderit audientis, ilicò conticeſcet.*

(Margin: a Lib. 3. dial. c. 15. — b Iſa. 6. 5. — Prou. 10. 19. — D. Hier. Ep. 4. ad Ruſticum Monach. verſus finem. To. 1. — (a) Puedo poner puertas al campo. — Galat. 6. 7. — Prou. 25. 23. — D. Hier.)

32 Illius recordare ſententiæ Spiritus S. *Cum detractoribus non commiſcearis, quoniam repente conſurget perditio eorum, & ruinam vtriuſque quis nouit.* Vtrumque caſtigabit Deus, & murmuratorem, & audientem. *Vtriuſque ruinam, tam ſcilicet eius qui loquitur, quam illius qui audit loquentem:* Idem conſulit presbytero, quem vt filium tenerrimè diligebat. Ne mihi obieceris fili mi. Quid egero ſi alter loquatur? quòd ſi tu ſyncerè nolueris audire, loqui nequaquam audebit. *Neque iſta eſt excuſatio: referentibus alijs iniuriam facere non poſſum.* Quis ego ſum adeo incompoſitus, & immorigerus, vt alteri loquenti os velim occludere? Fili, ne per hoc te excuſaueris. *Nemo inuito auditori libenter refert; Sagitta in lapidem numquam figitur. Diſcat detractor, dum te videt non libenter audire.* Hoc eſt implere conſilium Spiritus S. *Sepi aures tuas ſpinis, linguam nequam noli audire.* Sepi aures tuas ſpinis vt illis pungatur proximi detractor. Quid agis (quærit D. Chryſoſt.) quando quiſpiam coram te ſterquilinium aperit fœtidiſſimum; ilicò obloqueris, & ais: cooperi illud, ne tardaueris, & diſcedis velociter. Hac doctrina noſtras incipit D. Bern. deplo-

(Margin: Prou. 24. 21. — V. Excuſationes caſſæ. — D. Hier. Epiſt. 2. ad Nepotiam. Tom. 1. — Eccli. 28. 28. — Hom. 5. ad ad pop.)

D. Birn. Loco cit. deplorare conuerſationes, quibus dicere ſolemus Domine: *Licet confabulari, aiunt; donec hora prætereat*; donec talis veniat, donec ſe calor remittat, donec eamus ambulatum. *O donec hora prætereat, O donec prætereat hora!* Heu rationem inconcinnam confabulemur, donec prætereat hora, ſed nec vides (ô te infelicem) id quòd ais; ſiccine quæris, ſiccine deſideras quomodò tempus, horaque præterfluat? In quem finem hanc tibi conceſſit? Numquid vt tuorum agas pœnitentiam peccatorum? vt operibus iuſtes pietatis, quibus vitam merearis ſempiternam? An non audis monentem te Spiritum S. *Particula diei bona non te prætereat*? Quâ non aliquid in tuæ facias animæ vtilitatem. Infauſtus ille operarius, qui cum certum habeat ſemināndi tempus occaſiones quærit quibus illud riſibus iocisque tranſigat infructuosè: certò namque certius, nullam colliget meſſem. O ter infelicem latronem, qui tempore illo ſibi ad ſui conceſſo defenſionem, illud cytharam percutiendo conſumit. Væ pauperi, qui tempus ſignatum eleëmoſynam conquirendi illud luſibus impendit. *O donec prætereat hora! O donec prætereat hora!* Cum ergo tempus confabulationibus teras, aduerte (inquit) quod nedum damnum incurris perditionis temporis, quo ad veſperam lugebis te non hoc feciſſe, ad quod tibi fuerat conceſſum, ſed nouas tibi cumulas obligationes. Noſti etenim, quòd non mentitur, qui tibi dixit: *Quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij.* Illud nota: *Omne verbum*: vt nec vnum prætermittere labatur: ita vt, quotquot verba protuleris otioſa, tot nouas tibi cumules in diem iudicij rationes. Et de ſi otioſis tā ſtricta reddenda ſit ratio, quanta de murmuratorijs, detractorijs, nociuis? Adeſt D. Bernard. *Si de omni verbo otioſo, quod locuti fuerint homines, Deo ſunt reddituri rationem in die iudicij, quanto deſtrictius de verbo mendacij, mordaci, & iniurioſo? de elato, vel laſciuo, de adulatorio aut detractatorio iudicabuntur?* Hinc collige (monet) quâ debeas prudentiâ & cautione inter homines conuerſari, peruerſæ linguæ damnum conſpiciens, tot cædium matris. Optimè de illa Dauid: *Lingua eorum gladius acutus. Gladius equidem anceps imo triceps eſt lingua detractoris.*

Eccli. 14. 14

VI. Similitudo.

Matt. 12. 36.

VII. Otioſa verba vitanda

D. Bern.

Pſal. 55. 5.

### §. 11. *Lingua laqueus malus eſt, vt declararunt Magiſtri à Victoria, Caſtro, & D. Vincentius Ferrarienſis.*

SEcunda ratio, ob quam linguæ laqueus malus dicatur eam eſſe dicimus, quia viruleta maledicentia, nodus eſt cœcus, qui non facili negotio diſſoluitur, nodus eſt in filo ſerico, ſi rudentes nodo, vel funes groſſiores conſtrinxeris, nullâ operâ diſſoluitur, vt eius nullum appareat veſtigium, attamen ſi filum ſericum tenerrimum nodo coarctaueris, illum diſſoluere laboris habet plurimum, nec vnquam ita concinnè diſſoluitur, quin filum aliquatenus lædatur, atteratur, & dirumpatur. Si quempiam in bonis læſeris, nodus eſt in rudente, qui facillimè poteſt diſſolui, ita vt nulla læſio ſuperſit. Si vixeris Venereus carnis ſectando delicias, diſſolui poteſt hic nodus ſufficienti pœnitentia, tantam illi imponendo pœnitentiæ amaritudinem, quanta fuit luxuriæ voluptas. Illud perficiens. *Quantum glorificauit ſe & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum.* Attamen honorem ademiſti alteri detractionibus, oblocutionibus, nodum in filo ſerico conſtrinxiſti tenerrimo, nihil enim honori anteferatur; ne putes, quòd illum tam integrè diſſolues, quin diruptus, incompoſitus, lacerque remaneat: etenim numquam, omnimodâ reſtituis honorem ſatisfactione, quem laceraſti detractione: nec tanta illum reſtituendo loqueris libertate, quantâ loquebaris nominis infamator, nec qui te audit, tam facilè tibi credit, quando dicta reuocas, quàm dum dixiſti: Prouerbium eſt, mendacium ſeu detractio ſimilis eſt malo ſemini, ſicut in terra eſt maledicta, ſi malæ herbæ ſemen injiciatur, radices agit adeò profundas, vt eam vix vnquam eradicaueris, & ſi hinc euelleris, illinc alia remanet radix iterum pullulatura. *Laqueus malus eſt*, nodus cœcus, in alterius damnum, & in tui grauamen: rarò namque, illum vt teneris, diſſoluis.

Idcirco (ſicut notat Agellius modernus auctor) Spiritus S. nullum illi videtur reliquiſſe remedium. Die quodam Propheta Regius dolore torquebatur non minimo, melancholicus, triſtis nimis, moleſtias, teſtimonia perpendens, quæ gloriæ ſuæ & nominis inuidi, in eum ſuſcitarant. Huic damno reparando inſufficientia indicabat omnia terræ remedia, quocirca ad Dominum ſupplex recurrit. *Ad Dominum cum tribularer, clamaui.* Graui premebar tribulatione, quæ cor-

3. Reg.

Detractio nodus & difficult...

Apoc. 18.

Pſal. 119.

cor meum affligebat amariùs, & ad Dominum remedium poſtulaturus confugi. Quæ illa tanta, Rex potentiſſime, calamitas, quam tuum non poteſt etiam fortiſſimum ſuperare brachium? Si verò tibi ſoli vires deficiant, an non cingunt latus tuum Capitanei alumni, qui fortes tui eſſe
2. Reg. 23. nominantur? *Fortes Dauid*: Qui leones diſcerpunt, & exercitus debellant numeroſiſſimos? In mundo robur non inuenio, quod retundat impetum inimici, me bello moleſtantis. Quis precor, ille? Mala lingua, quocirca *Ad Dominum cum tribularer, clamaui: Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua doloſa.* Domine mi: illata per iniquam linguam damna reſtaura, & contra illam fortior eſto, obſecro, propugnator. Num illum Dominus exaudiuit? Vtique. *Exaudiuit me.* Reſpondit ne illi? vtique, ilicò. Deditne remedium? Nequaquam: ipſe namque declarat nullum in terra reperiri: *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam?* Dauid quod tibi vis præſcribam remedium, quod cataplaſma tanto poterit curando vulneri applicari, quod lingua inflixit detractoria? Nullum igitur eſſe noueris: eſt etenim lingua doloſa, ſagitta acutiſſima tanta vi contorta, vt cordis peruadat intima, ſpiculo ignis conſumentis. *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs.* Quis ignis ille? Ille quem dixit D. Iacobus, ignis gehennalis. *Inflammata à gehenna.* Quod illi ſupereſt remedium, qui gehennæ mergitur ignibus? Nullum profectò. Sed nec vllum ergo ſperandum illi, qui in linguam incidit Sycophantæ, cum ſit enim extra omne ſubſidium: toties illud repetit Spiritus veritatis. Modo dicit:

II. Dauid cōtra malam linguam ad Deum recurrit.

Prou. 25. 18. *Iaculum & gladius, & ſagitta acuta homo, qui loquitur contra proximum falſum teſtimoniū.* Alias: Prou. 26. 18. *Sicut noxius eſt qui mittit ſagittas, & lanceas in mortem, ita vir qui fraudulenter nocet amico ſuo.*

III. Linguæ vulnus insanabile. Eccli. 28. 24.

Hi conformiter illa Spiritus S. verba interpretor, qui de murmuratoria lingua ſic loquitur. *Beatus qui in vinculis eius non eſt ligatus: iugum enim illius, iugum ferreum eſt, & vinculum illius, vinculum æreum eſt.* Sacra ſolet Scriptura vinculum, ſeu carcerem arctiſſimum vocare, carcerem, ſeu vinculum ferreum, vt de ſeruitute loquitur Ægy-
Deut. 4. 20. ptiaca. *Fornax ferrea.* Seu vinculum æreum; vt
Dan. 4. 12. illud Nabuchodonoſor: *Vinculū æreum.* Poteſt autē hæc intelligi ſententia, tam de illo cui detrahitur, quam de detractore, ambo namq; in vinculū incidunt æreum, iugumq; portant ferreū: numquā integrè his ſe gaudent abſolutos, nec ille cuius famæ derogatur, integrè namq; nullo tēpore eius honor reparatur, vnde & ipſe Spiritus S. teſtatur. *Flagelli plaga facit liuorem, plaga autē linguæ cōminuet oſſa.* Dum enim vi verberis os comminuitur, perfectè numquam reparatur. Similiter & de infamatore: numquam enim integrā plenāque poteſt dare ſatisfactionem. Qui, in furtū incidit, hâc ſe poteſt catenâ perfectè liberare, pariter & qui lapſus eſt in libidinem. Tu igitur, qui euaginatâ linguâ proximum es proſecutus, aliquo dixerim modo, time plagam tuam inſanabilem. Eccli. 28.

IV. Diuerſi putei diuerſa ſignant peccata.

*Vinculum illius, vinculum æreum eſt.* In S. litteris diuerſi generis occurrunt nobis putei: quidam ſunt, ex quibus, licet difficulter illapſo pateat exitus tandē tamen euaſit, vel quia nulla madebant aqua, qua ſubmergeretur, vel quia nō adeo profundi, vt non fuerit impoſſibile tunc demerſum extrahere. Talem inuenio puteū, in quem Ioſeph fratres demiſerūt, & ille ſimiliter in quē detruſus hæſit Hieremias, qui multo licet ſudore ac ſtudio tandē eruptus funibus illis alligatus quos illi adiecerat Abdemelech Æthiops. Attamen vos Deus de puteis illis præſeruet incolumes, quos refert Spiritus S. fuiſſe in terra Sodomorum, *Vallis ſylueſtris habebat puteos multos bituminis*: Terra erat opulenta, Iordanis aquis irrigata, quod autem ad puteos defluebat, aqua nō erat, ſed bitumen. Pleni putei periculo, eoq; tanto, vt nullus illis illapſus ſine miraculo liber emergeret. Sic ſacra refert hiſtoria: cum in prœliū regionis illius Reges, cōtra ſuos deſcendiſſent inimicos ſuis copijs inſtructos, vt ſe victos viderunt fugæ ſibi conſuluerunt; quidam hac, illac alij; verum cæteris fuerunt infeliciores, qui in obuios delapſi ſunt puteos, nullus enim eorum mortem euaſit, ſed quotquot in illos corruerunt irreparabiliter perierunt: cum enim in bitumen laberentur, illo ita tenaciter illaqueati, implexique ſunt, vt omnis euaſionis ſpe abiecta miſerè mergerentur.

Hiere. 38. Gen. 14. 10.

V. Tres præcipui putei cæteris periculoſiores.

O mundum infauſtum, peccatorum puteis abundantem, vt vix paſſum progrediaris quin in hunc, aut aliū prolabaris. Omnes ſunt periculoſi, verum te Deus ab illis liberū cuſtodiat, qui putei bituminis à te nuncupantur, quorū tres ſunt ſpecies, vt notat Spiritus S. Primus puteus eſt impudicitiæ concubinatus, adulterij. Præſeruet te Deus ne in hunc corruas. Videtur enim Spiritus S. omnem tibi ſpem auferre remedij: atque, qui in illum ceciderit timeat: grauiter enim in eum Dñs excandeſcit. *Fouea profunda os alienæ, cui iratus eſt Dominus, incidet in eam.* In illum infelix corruit Herodes. O quid non egit Angelus ille terreſtris D. Ioannes Baptiſta, vt lapſum extraheret, at non tantum illum non eripuit, ſed eò inſuper mergebatur profundius, inceſtuoſo

Prou. 22. 14.

I. Libidinis.

ſuperad-

,, ſuperaddens adulterio ſacrilegum homicidium
,, caput amputando, quo inter natos mulierum
,, ſanctior non ſurrexit. In eundem corruit Dauid,
,, & cum talis eſſet, qualis erat, neceſſarium fuit,
,, Deus illi Prophetam delegaret, vt artificioſè
,, cum illo ageret, verbis vſus amphibologicis: &
,, potentiſſimæ Dei manus adſcribitur miraculo,
,, quòd ſaluus euaſerit: hoc enim eſt, quod ip-
,, ſe confeſſus ait: *Miſericordia tua magna eſt*
Pſ. 85. ,, *ſuper me, & eruiſti animam meam ex inferno in-*
13. ,, *feriori.*

II. Auaritiæ. ,, Secundus puteus eſt auaritiæ, quem D. Pau-
,, lus vocat laqueum diaboli: *Incidunt in tentatio-*
,, *nem, & in laqueum diaboli.* O quale bitumen
1. Tim. 6. 9. ,, diuitiæ, cordi adeò agglutinatum, vt ſi ſemel
,, adhæſerit, non eſt qui ſe expediat. *Denſum lu-*
,, *tum,* illas vocat Abacuc, lutum glutinoſum. O
,, quis puteus adeò ferox! Vnus cecidit in illum
,, Apoſtolus, & cum eſſet electus ab ipſo Deo A-
,, poſtolus, quod & ipſe fatebatur: *Nonne ego vos*
Ioan. 6. ,, *duodecim elegi.* Verba, quæ congruenter expen-
71. ,, dit D. Aug. cum illi poteſtatem dediſſet ejicien-
In pſ. ,, di dæmonia, morbos curandi, ſuum prædicandi
55. ,, Euangelium, cum illi proſtratus pedes abluiſſet,
,, ſuum corpus & ſanguinem ſumenda propinaſſet,
,, non tamen ſaluus euaſit, ſed ſubmerſus interiit.

III. Malæ linguæ. ,, Tertius eſt malæ linguæ; Heu quis ille puteus
,, pice & bitumine inundans, quicumque in illum
,, mergitur, ita propriâ ſuâ videtur comprehendi
,, tenerique linguâ, vt iam exire nequeat velut æ-
,, neo vinculo colligatus. A peccato adeò irreme-
diabili cuſtodiat te Dominus. Proinde cum me confeſſionibus audiendis expono, nihil ſic timeo, quam ſiquis hoc æneo vinculo conſtrictus adueniat! Frater mi, num aliquid habes dicendum in materia detractionis aut murmurationis? Non Pater mi. O te felicem! *Beatus qui vinculis eius non eſt ligatus.* Si aliquid horum adduxeris, ô te perditum! qui hoc vinculo ferreo, æneoque conſtringeris: non paruo namque negotio hoc te vinculo liberum eſſe lætaberis. Vide num bene dixerit: *In peccato labiorum laqueus malus.*

IV. Quam irreparabile damnum detractionis exemplo probatur.

Memini, dum primis vacarem ſtudijs Salamancæ in illuſtriſſimo conuentu D. Stephano ſacro à ſenioribus me intellexiſſe patribus hiſtoriam, quæ duobus illis eximijs contigit Doctoribus ac Magiſtris Fr. Franciſco de Victoria noſtri Ordinis Religioſo, & Fr. Alphonſo à Caſtro de Ordine Minorum profeſſo. Morabatur hic Aſcalæ ſuâ hanc exornans doctrinâ vniuerſitatem, & inter totius Hiſpaniæ doctiſſimos celebris. Ad hunc nobilis quidam acceſſit, poſtulans remedium peccato in quod iam pridem corruerat, nempe, cum inter primarios aulæ nobile verſaretur, iactauerit ſe pro libitu puellâ quâdam vſum fuiſſe nobiliori, at mentitum fuiſſe, idque tantummodò dixiſſe, in ſuipſius promotionem, & propriæ laudis aucupationem. Reſpondet illi P. M. à Caſtro: Domine peccatũ hoc nullum capit remedium: ſed illo priuatus æternum damnaberis. Exhorruit nobilis reſponſum, & mœrore videbatur confici: hæc enim declaratio veritatis obſtinatos quoſque perterret quàm vehementiſſimè: profectus eſt igitur Salamancam, adijtq; P. M. Franciſcum de Victoria caſũ aperuit. Pater mi, adſum vobis, quo triſtior nullus in mundo: caſus mihi contigit infauſtus, cuius quærens remedium conſului P. M. Fr. Alphonſum à Caſtro, qui me hoc perculit reſponſo: actum eſt de te, deſperata ſalus animæ, rectà curris in infernum. Expauit ille talemque miratus reſolutionem reſpondet. Domine mi nullum, mihi crede peccatum adeò graue; quod cum debita ſatisfactione & pœnitentiæ lacrymis careat remedio. Dic mihi, precor, quis ille caſus? Rem aperuit propudioſo dedecore coram Curiæ primatibus famam puellæ læſi nobilioris. Cui ille: graue peccatum, at illi ſupereſt remediũ. Exilijt præ gaudio Nobilis hoc audito, aitque Pater mi. Videntur mihi hoc tuo reſponſo cœli dilatari. Dicito mihi (amabo) quid agam Domine? hoc tibi neceſſariò agendum: Ad illos omnes redi, corã quibus puellæ detraxiſti conuitiator, dic te, in hoc quod de illa ſparſiſti, fuiſſe mentitum, vt nobilem impoſtorem, & falſarium: vt verò pateat omnibus, te hoc non dicere quadam commotum vrbanitate, iuramento confirma, ex mera malitia te de illa dixiſſe, quæ falsò ſparſiſti. Heu Pater mi, quis ego vt hoc perficiam? quàm per hoc perſonæ meæ, honori, ac dignitati derogabitur! Abſit vt hoc faciam! Nunc igitur (inquit P. M. de Victoria) tibi dico, quod optimè reſponderit P. M. à Caſtro nullam tibi ſalutis ſpem affulgere, te manet æterna damnatio: quia minimum quod tibi faciendum incumbit, eſt illud, quod tibi iniunxit, & nihilominus non idcirco ex integro ac perfectè fama foret puellæ reparata, quiſque enim quod voluerit, credet.

Hinc illud Spiritus S. conſilium, quo prolixioribus de hoc argumento finem imponit diſcurſibus. *Attende ne forte labaris in lingua, &c. & fit caſus tuus inſanabilis in morte.* Contine linguã, ,, Eccli. 30.
ne in peccatũ cadas detractionis, ne lapſus tuus ſit ,,
irreparabilis *inſanabilis in morte.* Attẽde verbũ il- ,,
lud. (*Attende*) perpẽde quomodo loquaris, põdera, ,,
appẽde in ſtatera verba tua, ne nimis effuſus ſis, ,,
ne tur- ,,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ne turture loquacior; ne ſit effrænis lingua tua Philoſophicam quandam ſcripſerat Spiritus S. ſententiam. *In ore fatuorum cor illorum, & in corde ſapientium os illorum.* (Eccli. 21.29.) q. d. Stulto ſunt omnia idem, loqui & cogitare, & ſicut cogitat ſic loquitur, & ſicut loquitur ſic cogitat, ſine vlla præmeditatione, inconſideratè, nec perpendens, vtrum quod dicit alteri noceat, aut proſit, nec alium finem loquendi præ oculis habet quàm tantummodò loqui, ſicut illi, quorum & cogitationes & verba erant inania. *Cogitauerunt, & locuti ſunt nequitiam.* (Pſ. 72.) Sapiens autem linguam habet in corde; illam etenim non mouet, niſi primò perpendat, quæ dicat, & finem, in quem hæc dicas, vtilitatemque & damnum, appendat inde oriturum.

V. (Lingua duas venas habet.) Notat Plinius, quòd natura duas linguæ intexuit venas: vnam quæ tendit ad cor, alteram, quæ ad cerebrum, mirabili opificio quo diſponat vt id quod eſt cordis abſconditum ſecreto, illud lingua non reuelet, niſi priùs illud intellectus trutinarit, matureque ratio perpenderit: finem primò conſiderans his intentum, ſecundò circumſtantias veritatis occaſionis, ſcandali, infamiæ ſecuturæ. *Verbis tuis facito ſtateram*, monet te Spiritus S. vt illa ponderes attentiùs, quã ipſum aurum: quod etenim aurum habet emolumenti, hoc habere poſſunt verba detrimenti. *Attende ne fortè labaris in lingua*; ſæpe namque numero damnum eſt irreparabile. *Prorſus inſanabilis in mortem.*

VI. (Exemplum. M. Gomez lib. 1. vitæ S. Vincent. c. 11.) Hinc facinus illud admirabile prorſus Apoſtolici noſtri P. S. Vincentij Ferrarienſis, proceſſit Concionatur hic in foro D. Ioannis Valenciæ triginta millibus Auditoribus, offertur illi mulier, & infirma & à natiuitate muta. Fronti, oriſque eius impreſſit vir Sanctus S. Crucis ſignum, interrogat, quid poſtulet. Dicto citiùs clarè loquitur & articulatè. Pater mi: ſalutem peto corporis panem quotidianum, linguæque ſolutionem. Tria poſtulas (inquit ille) filia, duo priora tibi Dominus concedat, at tertium minimè: non enim animæ tuæ conuenit ſaluti. Noſce, ſi linguam haberes ſolutam, ita loquereris, vt te ipſam æternum garrula condemnares. Corde tuo Dominum lauda, nec optes linguæ ſolutionem. Confeſtim dicens illa: tuis, Pater mi, lubens parebo mandatis, obmutuit, nec vltra toto vitæ tempore verbum potuit vllum effari, & ſiluit. O quam multis expediret, ſi Deus illis loquendi numquam conceſſit facultatem: Lapſus eſt loquelæ inſanabilis, & ob quem æternis multi damnantur cruciatibus: eſt enim damnũ quod verbis infertur, irreparabile. Tale quoddam eſt, quod Scribæ & Phariſæi ſtudent inferre Chriſto eiuſque diſcipulis, ſibi perſuadentes, quòd per hoc illos apud vilem plebeculam, vt bonorum morum, ſeniorumque traditionum tranſgreſſores infamarent, & licet in illis, etiam ſuo ipſorum iudicio non niſi vnicum inueniant defectum, quòd manus non abluant; obijciunt tamen vniuerſaliter: *Tranſgrediuntur traditiones Seniorum*: Hæc malarum eſt linguarum conditio, quia illud quod alter commiſit, parum eſt aut nihil, & contra illud obloquuntur, quaſi in omnibus deliquiſſet.



## §. 12. Non lauant manus. *Illuſtriorem reddunt impij illi ſuperbientes Chriſti & ſuorum gloriam, quibus velut Eſau Iacob, deſeruiunt.*

QVare, & vos tranſgredimini mandatum Dei, propter traditionem veſtram? 35 En tibi culcitra quam propoſuimus, quæ ad ignem feſtinat, in illum ſe conijcit, flammas extinctura, & duo præfati patent effectus: quod euadat ignis illuſtrior ac clarior, palea vero conſumpta & in cineres redacta. Primo per hoc claruit Chriſtus eiuſque ſchola ſplendidior, ac honorabilior. Mea quidem opinione hoc ita Dominus diſpoſuit, vt mundo ſuæ claſſis diſcipulorum teſtetur probetque ſanctitatem: nec arbitror Chriſtum potuiſſe quid ampliùs in eiuſdem adferre iuſtificationem, illudque à Chriſto completum Iſaiæ vaticinium. *Ducam cæcos in viam, quam neſciunt, & in ſemitis, quas ignorauerunt, ambulare eos faciam: ponam tenebras coram eis in lucem.* (Iſa. 42.16.) Infinitæ conuenit Dei ſapientiæ peruerſorum, vti cogitationibus, vt id, quod prætendit, perficiatur. Hoc ipſum Samuelis Anna mater cecinit: *Deus ſcientiarum Dominus, & ipſi præparantur cogitationes.* (1. Reg. 2.) Animo concepit Cæſar Auguſtus ſuperbiſſimus Imperator, in ſuæ celſitudinis iactantiam, vt totius orbis luſtrum iniretur, quo conceptu ſibi Deus præualuit, vt id quod promiſerat impleret, ſe naſciturum ſcilicet in Bethleem. (I. Deus malorum vtitur propoſitis ad bonũ.) Cogitationibus infernalis auaritiæ commouetur Caiphas, totumque concilium; illis autem eorumque diabolicis actionibus, nec non inferni propoſitis vtitur Deus, quibus id quod intendebat, exequeretur, mundi totius intelligo redemptionem. Ita tibi licebit hodie dicere. Vides Phariſæos ab Hieroſolymis profectos in Chriſtum eiuſque diſcipulos ad-

 uerſa-

uerſarios, obcœcatos malitia. hoc nameue nomine à Chriſto compellantur: dum ait: *Sinite illos quia cœci ſunt, & duces cœcorum.* En qua es progrediantur; Illos igitur, *Ducam in viam quā neſciunt.* Ex eo ipſo quod ipſi prætendunt, & cogitant argumentum educit Chriſtus(a) irrefragibile, id eſt ex calce & lapide, id eſt fortiſſimū ſuæ atque Apoſtolorum ſanctitatis. Quia de illis conſtat euidēter, quod ſedula ſinceritate perpenderint opera, verba, negotia, actiones illaque ſummâ ſcrutati ſunt diligentiâ illi ipſi, qui mūdi cenſebantur oculi, qui oculos habebant lynceos, quibus aliorum defectus explorarent, qui hærentes Hieroſolymis vſque ad vltimum Galilææ perſpiciebant, illi, qui inquirebant, & examinabant omnia, ea verò maximè, quæ Chriſtum ſpectabant, quem oculis intuebantur hoſtilibus. Et adhibitâ tam exactâ diligentiâ grauâque inquiſitione, nihil inuenient, ſuo iudicio peruerſum, cum eſſent adeo ſcrupuloſi teneræque conſcientiæ, niſi hoc ſolum, quòd diſcipuli panem illotis manducarent manibus: hoc ipſum efficaciter probat, quod de alio nullo eſſent crimine ſuſpecti, de quo iuſtè potuiſſent inſimulari, quòd legis diuinæ haberentur obſeruantiſſimi, quod eius omnia præcepta ſeruarent (numero ſcilicet quingenta octoginta tria) nullenas alias ceremonias, quas ſua Phariſæi inuexerant auctoritate.

Matt. 15.

(a) Vna pureuà de cal y canto.

☞ 36

Ita vt hâc exactâ diligentiâ hoc ipſi confirment argumentum, & ad hominem illa Dauidis verificetur ſententia, tam difficilis explicatu. *Dum ſuperbit impius, incenditur pauper, comprehenduntur in conſilijs, quibus cogitant.* Proprium hoc eſt eorum nomen, *Impij*, nomen (vt aduertit D. Gregor.) quo non quemlibet de grege ſed perditum ſignificat peccatorem, qui ex mera delinquit malitia; quocirca illo particulariter Spiritus S. diabolum, hæreticoſque compellat. Ecce quàm inflati, quàm turgidi veniant ſuperbiâ. *Superbit impius* Quo faſtu, auctoritate, & arrogantia tumentes adſint; vt populi ſuperiores ad quos ſpectat ea quæ ſunt virtutis & legis æmulari. Et quid itinere illo peragitur? *Incenditur pauper.* Pauperem ſæpe nominat S. pagina Chriſtum eiuſque diſcipulos. Metaphoram ſumit Dauid, de carbonibus ignitis: quos ſi viri decem aut duodecim follibus accederent inflatis, ea mente vt carbones extinguerent, eò ſine dubio magis ac magis exardeſcerent, fierentque ſplendidiores.

Pſal. 9.

Lib. 25. Mor. c. 23.

Hoc agunt hodie ſuperbi illi turgidi, approximant vt folles inflati, ſpiritu, ventoque ſuperbiæ flantes, & intendunt carbones extinguere ardentes, Chriſtum eiuſque Apoſtolos. Flate, flate perfidi lucidiores reddetis carbones, atque illo flatu, ſi per ba veſtra arrogantia, & calumnia, quam exorſam, textamque adducitis Hieroſolymis, luce meridiana clariùs patebit, viros illos eſſe ſanctitate præeminentes, quodque in illis nullum ſit furtum, nulla periuria, gula nulla, nec vlli eſſe moleſtos, nulli iniurioſos; in illis omni ex parte conſideratis, eſſe dignum reprehenſione, atque omnibus licet ſcitamini manibus, aliud nihil reperietis niſi panem illotis manducaſſe manibus. Quod eſſe poteſt fortius in religioſo Sanctitatis argumentum, quam ſi conſideratis omnibus quæ loquitur, agit, negotiatur, nihil aliud inueniatur quàm quòd ſordidam laceramve gerat tunicam? Quod dari poteſt efficacius de clerici pietate teſtimonium, quam ſi ad trutinam reuocatâ vitâ eius, actionibus negotijs, egreſſibus & ingreſſibus, nihil aliud in eo carpatur, quàm quòd ſemel manu bonetum (vulgo) ſiniſtra manu abſtulerit? Hoc propriùm eſt peccatoribus, dum contra viros ſanctiſſimos inſurgunt, illos reddant illuſtriores, eorumque ſanctitatem omnibus patentiorem.

II.

Dignus ille eſt ingenio D. Auguſtini Tractatus que verba Prophetæ declarat: *Contaminauerint teſtamentum eius diuiſi ſunt ab ira vultus illius, & appropinquauit cor illius.* Quæ aliàs expendimus. Alijs quoque Rex & Propheta vtitur, quæ vt myſterijs plena ſunt, ita & difficultatibus: *Congregatio taurorum in vaccis populorum vt excludant eos qui probati ſunt argento.* Illis declarat Propheta verbis (inquit D. Auguſt.) difficultatem toties repetitam, & à multis propoſitam, cur Deus qui tantopere ſuos diligit ſeruos, & exhortet peccatores, permittat cur hi inſurgant in illos, illos infament, in populo deprimant, quo illos non minimâ affligunt mæſtitiâ; Noſtin' quare? Vt tantò fiat illorum orbi ſanctitas illuſtrior, omnibuſque conſtet eorum pietas, ac merita virtutum, nec non omnium oculis luce clariùs innoteſcant. Verū eſt, non cōtradico (inquit) Deum permittere ſæpius, quòd mali proſperâ gaudeant fortunâ, primas obtineant dignitates, populum regant, quique totam hanc in Sanctos conuertant ingrati poteſtatem.

III.

„Hoc concinnis verbis ac hieroglyphicis expoſuit Dauid, ſymbolo taurorum ferocium qui inter vaccas verſantur. Tauri ſunt, qui ſuæ tantum paſſionis impetu diriguntur, & vt tales hinc & illinc

illinc occluſæ feriunt oculis, nullo habito bonorum reſpectu, nulla humilium æſtimatione, nulla pauperum compaſſione: obambulant illi, *Inter vaccas populorum. Quas dixit vaccas? Animas ſeducibiles.* Ad quid, oro, permittis hoc Domine mi: videtur atrox in tuos hæc eſſe crudelitas? Nulla eſt omninò, ſed magna miſericordia. Hoc etenim agis: *Vt excludant eos, qui probati ſunt argento?* Noueris (inquit D. Auguſt.) quod verbum iſtud *Excludere*, propriè ſignificet opus eleuatum varijs elatis gratum figuris, quale efformant aurifices, quando inſignes educunt formas altiores, illæ namque ceteris præcellunt, & in argenteo, vel aureo, vaſe pulchriùs eminent, vnde & in arte aurifibia vocantur illi excluſores, qui varias & elatas excauant imagines, aut malleorum ictibus, aut opere fuſorio. *Excludantur dixit. id eſt emineant, appareant, vnde & dicuntur in arte argentaria excluſores, id eſt, qui de confuſione maſſæ nouerunt formam vaſis, exprimere.* Habes hic cur permittat Deus, quòd in populum peruerſi poteſtate præfulgeant, & omnia hæc conuertant vt tauri, qui iuſtos cornibus percutiant, vt hoc modo figuræ educantur inſignes, appareant, itaque emineant, vt opus excluſorium in ipſis Dei electis, qui velut argentũ electum, aurumque primum effulgẽt, quatenus per hoc appareat, pateatque eorum humilitas, innocentia, fidei puritas, examinata feruenſque charitas, animi robur, mundi deſpectus, & quidquid in illis latet vigetque pietatis. Vide, inquit, quòd illud ipſum myſterium iam conſpexerit D. Pa.: *Hunc ſenſum obſcurum, videte, quem admodũ in lucem excludat Apoſtolus. Oportet, inquit, hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant inter vos.* Hoc quod Dauid ait: *Excludant*, dicit Apoſtolus: *Manifeſti fiant: quid eſt manifeſti fiant? excludantur.* Hoc modo in forum lucemque latens ſanctitas excluditur, & quæ non apparebat interiùs iam probata, examinata & verificata præfulget exteriùs.

Maximâ gaudebat Iob, licet foris non apparente, ſanctitate. Vult Deus toti pateat mundo, diabolo locum cedit impio, vt rabidâ ſuâ inflatus ſuperbiâ, carbonem hunc perflet ignitum: conatus extinguere, modò ex hac, modò ex altera ſufflat parte, quod inde prodijt, hoc fuit: adeò ſanctitas eius probata, cognitaque reſplẽduit, vt ipſe diabolus vel inuitus eam fuerit cõfeſſus, ſeque fugiens oſtenderit eſſe ſuperatum. Quid infernales illi effecerunt exercitus, iniquitatis ſuæ follibus armati ſufflando in B. Antonium? Hoc his omnibus moliti ſunt in virum illuſtrem, vt referẽte D. Athanaſio in vita B. Antonij: omnes illi poſtmodum, audito ſolum D. Antonij nomine fugam capeſſerent, animoque laberẽtur. Quid egit ſuperbus Valerianus D. Laurentij fidem conatus obſcurare? per hoc tam illuſtris claruit, vt ſanctitatis eius ſplendor per mundum pateret vniuerſum: *Flammis, quas pertulit, mundum illuminauit vniuerſum.* ſcribit D. Auguſt. Hoc idem in omnibus manifeſtum eſt Martyribus. His ſuum fundauit D. Chryſoſt. argumentum, in exilium deportatus, amico ſuo Cyriaco ſcribens, qui & ipſe in exilium diſcedebat: Quid agere poteſt in me, quærit, Imperatrix? quidquid molita fuerit in maius mihi cedet emolumentum, illuſtrioremque gloriam de quibus alias fuſiùs agemus.

D. Aug. Ser. 30. de Sanctis. Tom. 10.

Epiſt. ad Cyriacum exulem. Tom. 5.

Ex hac doctrina declarat D. Auguſt. illorum impletionem verborum, quæ Dominus Rebecæ dixit, duobus geminis prægnanti Iacob & Eſau: *Maior ſeruiet minori.* Qua ratione maior minori ſeruiuit, niſi perſequendo? Nihil ita curauit Eſau, natu maior, quâm vt Iacob minorennem perſequeretur. Si nihil egit aliud qua ratione minori Iacob ſeruiuit? Hoc fuit, illi ſeruire, quia quidquid in iuſtum molitur mali malus, in maius tendit iuſti emolumentum, ſibi vero, non iuſto, nocet peccator. Expoſitionem compoſuit D. Ambr. elegãtem in pſ. 35. vt autem prima pſalmi verba perpendat, ſupponit ordinem à Dauid ſeruari mirabilem: deſcripturus etenim iuſtum, primo deſcribit peccatorem: vt enim vnum cõtrarium ſciamus, deſcribimus alterum. Vnde liquet, inquit quod Dauid anterior omnibus philoſophis gentilibus, qui methodum regulaſque componendi tradiderunt ipſis magiſtris inter eos ſapientioribus, præceptor effulſerit ſapientior. *Quis dubitet longè anteriorẽ Dauid Platonis fuiſſe temporibus? quem non ſolũ magiſter eius, ſed nec aui quidem auorum eius videre potuerunt. Cum ille in principio fuerit regni Iudæorum, quod per innumera annorum curricula propagatum eſt, iſte poſt tempora captiuitatis, quibus regnum gentis eius iam fuerat diſſolutum. Ergo ipſe, qui tenet in omnes ſecularis ſapientiæ principatum, cum diceret, non poſſe formam iuſtitiæ comprehendi, niſi ante diſcutiendam iniuſtitiæ ſeriem putauiſſet, exemplũ attulit. quod ij, qui velint aurum quærere, prius ſe luto obliniant.* Grauis lautoque digna ſententia. *Quod à noſtris quoque prius dictum eſſe non dubiũ eſt.* Iã enim Rex Dauid malignos luti deſcripſit ſymbolo: *Cũ ſcriptũ ſit, vt lutũ platearũ delebo eos. Et vere lutũ, quia eos inquinauit, qui ſibi appropinquarint.* Exorditur ergo. Dauid delineare peccatorem;

38 Ser. 78. de tempore.

Gen. 25. 23

V. Peccator perſequẽdo ſeruit iuſto.

D. Am. in pſ. To. 2.

torem & principium ſupponit egregium, quod quidquid molitur in iuſtum, in ſeipſum hoc moliatur, & quidquid cogitat, intendit, orditur, in proprium hoc agit inſcius detrimentum.

[VI. Peccator iuſtum perſequẽdo, ſibi nõ iuſto nocet. Pſ. 35.] *Dixit iniuſtus, vt delinquat in ſemetipſo.* Opus ſuum, ſcelus ſuum proponit ſibi peccator peragere, iuſtum perſequendo, & quidquid poterit in eum moliendo (hoc namque inter cetera peccatoris opera illi propria vnum eſſe perhibetur.) Noueris omnia illi officere. Sequitur D. Ambroſius lectionem, quæ ſic habet. *Dixit iniuſtus, vt delinquat ſibi.* Illud (*Dixit*) idem eſt ac ſi dicat, ſtatuit, ſuam contra iuſtum explere libidinem, ſuæ ſatisfacere voluptati, & omnia vergũt in ſuipſius nocumentum. q. d. inquit D. Ambr. *Iniuſtus ſibi delinquit.* O ſententia, quâ nulla ſapientior, altior nulla, veræ cœleſtiſque philoſophiæ. *Nihil hâc ſententiâ ſublimius dictum arbitror.* Graues ſcripſerunt philoſophi ſententias, at nulla illarum huc accedit. Multa præclara tradiderunt documenta, at hoc omnibus laudatur eſſe ſuperius. [D. Am.] *In illis qui ſapientiam ſæculi vendicarunt nihil tale legi, nihil tale cognoui. Nec mirum quandoquidem illi humano ingenio locuti ſunt, hoc infudit ſpiritus Dei, ſpiritus veritatis.*

Admiranda doctrina, tantò diligentiùs perpendenda, quantò S. paginæ documenta, humanâ ſunt philoſophiâ excellentiora. Quantò autem altiorem continet doctrinam ſapientis doctoriſque documentum, quem Spiritus S. illuſtrauit, quàm Seneca vel Platonis argumenta? Perpende quàm ſuccinctè cœleſtem proferat philoſophiam. *Iniuſtus ſibi delinquit, ſibi generat vulnera, ſe ipſe confodit.* Congruenter vocauit Phariſæos D. Ioannes Chriſti præcurſor genimina viperarum; quia quidquid ſuis concipiunt viſceribus, ſibi nocet mortaliter. Peior ſerpente peccator: illius enim venenum aliis officit, *Serpens alijs infundit venenum, iniuſtus ſibi, in eum enim refunditur, quod effuderit.* Oppoſito modo vir iuſtus. [D. Am. Prou. 9. 8.] *Iuſti vita fructuoſa alijs, ſibi dulcis, Dicit enim Salomon fili, ſi ſapiens eris, tibi ſapiens eris, & proximis. Si autem malus euaſeris, ſolum tibi erunt mala.* Ita legit D. Ambroſ. viri iuſti in eo quod agunt, alijs ſibique proficiunt. Hæc eſt quam credimus, *Sanctorum communio.* Porrò peruerſus quiſque in eo quod malefacit, ſeipſum perdit. Quantum non bonum præſtitit D. Vincentio Dacianus, vt ipſe tyranno fatebatur; Agis ex meo deſiderio, mihi in animæ lucrum. Idem expendit D. Gregorius de Hermenegildo: quòd in eius carne hoc ageret carnifex, quod optabat, ſcilicet carnem ſupplicijs pœniſque mortificaret.

Iniuſtus ſibi delinquit iuſto verò prodeſt quàm maximè dum illum perſequitur. [Prou. 9. 8.] *Si illuſor fueris, ſolus portabis malum.* Si fueris ſubſannator, & te alteri nocere tibi perſuades, falleris, tu ipſe es, in cuius humeros omne corruit detrimentum. Probat hoc Doctor Sanctus exemplo Cain in ipſum etenim pœna cecidit homicidij: *Quum enim adhuc à Domino pœna ceſſaret, torquebat eum ſuorum conſcientia peccatorum, latebat miſer, tremens & timens, & cum adhuc percuſſor deeſſet ipſa ſe iniuſti vita cruciabat.* Ad rem [Pſ. 50. D. Am. Luc.] illud exponit Dauidis: *Peccatum meum contra me eſt ſemper.* An ergo non Vriam, non læſit Bethſabee? Non læſit, ſed ſeipſum vulnerauit. *Oſtenditur enim nobis vltrix noſtri imago peccati, nec quietum eſſe reum permittit. Itaque dum oramus peccatum offunditur, vbi ſomnus ſenſum corporis relaxauerit, peccatum recurrit. Semper vobis error tanquam malus exactor occurrit, vel tanquam improbus fœnerator, conueniens debitorem. Vnde Dominus ait: qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Iniquitas velut plumbeo talento, vt ſcriptura teſtificatur conſcientiam grauat, meritoque Dauid ait, ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.* En tibi: *Et ſolus portabis malum. Et Salomon ſicut vua acerba dentibus, & fumus oculis, ita iniquitas omnibus vtentibus ea. Itaque qui peccat, delinquit ſibi, quæ pretioſa ſunt, eripit.*

Illi ſoli damnum, vtilitas autem & fructus electo, quem perſequitur, quidquid enim contra iuſtum machinatur, iuſto vergit in ſalutem, ſibi damnum omne conquirit, & optimè dixit in tertio cœlo edoctus D. Paulus: [D. Aug. Rom. 8.] *Diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonum. Quomodo maior ſeruit minori? quo inquis ordine? illo vtique, quo mali ſeruiunt bonis, non vtique obſequendo, ſed perſequendo quomodo limæ & malleus auro; quomodo molæ ſeruiunt tritico, quomodo panibus coquendis fornalia, quomodo in fornace aurificis palea, ſeruit auro, vbi palea comburitur, aurum probatur,* ait Doctor pius & egregius.

Num potuit (inquit) Herodes maiori in re aliqua deuincire innocentes obſequio regnorum licet heredes inſtitueret, quam illos pro Chriſti nomine trucidando, ſicut & trucidauit: *Ecce profanus hoſtis nunquam beatis paruulis tantum prodeſſe potuiſſet obſequio, quantum profuit odio* D. [D. Aug. Ser. 10. de Sanctis. Appendix 73. To. 10.] Aug. Num aliquid D. Lau. gratius præſtare potuiſſet valerianus, quàm illud quod reipſa perfecit, craticulæ imponens ignitæ comburendũ, in qua hilaris exclamabat: *Infelix hoc eſt quod*

*ſemper*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſemper optaui, & votis omnibus exquiſiui*: Si verus Dei ſeruus eſſes & in eius amore carbunculus ignitus, quidquid contra te peruerſi molirentur, flatus eſſet & ventus quo feruentiùs accenderis. Exiguæ virtutis es candela, tenuis ex te aſſurgit flamma, vnde ad quemlibet contra te ſpirantem flatum ventumque præfocatur. Chriſtum caput noſtrum eiuſque Apoſtolos intuere, qui violentis adeo ac furentibus flatibus, illis de pectoribus exortis, quæ folles erant præ tumida ſuperbia inflati, clariores lucent & ſplendidiores: virtus eorum omnibus notior, ſanctitas confirmatior, ea diligenti namque ſtudio, totiſque manibus examinata, ac circumſpecta, nihil reprehenſione dignum inuenitur.

VII. Hic ipſi mali conſilijs cō-prehenduntur. Nec hoc ſolum, ſed & ipſa culcitra comburitur, ſufflatores confunduntur, ſuiſque laqueis comprehenſi venatores. *Comprehenduntur in conſilijs quibus cogitant*; quia ſuis ipſos argumentis conuictos Chriſtus conſtringit, pediſque manibuſque colligatos. Objiciunt illi non tolerandos eſſe diſcipulos, vt ſeniorum tranſgreſſores traditionum, vter pluris æſtimandus, Deus an veſtri ſeniores? vter maiori pollet auctoritate, traditio ſeniorum, veſtris firmata conſuetudinibus: vel Dei lex, ipſius Dei digito conſcripta? ſi peccatum ſit illorum tranſgredi traditiones, quale, precor, erit ipſius Dei tranſgredi conſtituta? Hoc vos agitis, huius vos rei tranſgreſſionis, vnde patet, & veſtram iniquam eſſe traditionem, voſque ſceleratos.

40 VIII. Pharisæi vulpes ſunt. Cant. 2.15. Quàm ad vnguem hic illud impletur ſponſi: *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, nam vinea noſtra floruit.* Vulpes animal eſt verſipelle, rodendiſque vineis ſtudiſiſſimum. Dum florent, illas ingreditur, & luxuriantibus ſe contegens palmitibus, illorum paulatim erodit decerpitque ſubſtantiam. Vinea Chriſti, nēpe Eccleſia, in eius exorſa eſt Apoſtolis, & ſuorum claſſe diſcipulorum. Illa florere cœpit ſanctitate, virtute, poteſtate faciendi miracula, prædicatione Euangelij, vitæ integritate, morumque puritati commendabilis. En quales accedūt vulpes illæ, ceremoniarum ac traditionum folijs pampiniſque contectæ? qui illos vidiſſet aſtutia vulpina verſipelles, pompatico greſſu, Chriſtum accedentes, fronte rugoſa, ſupercilijs circumflexis apertis oculis, contritis labijs, elata voce, commoto capite, erectis contractiſque humeris, brachiorum motibus admirabiles, manus dilatatas circumagentes: Domine, noſtri prædeceſſores, à multis ſæculis, nobis multò meliores, magna celebres pietate, prudentia, zeloque multo commendabiles, noſtræ ſalutis æmuli, leges nobis præſcripſerunt, quas perpetua & interrupta conſuetudo firmauit quibus religionem ſtatumque noſtrum integrum ſaluumque conſeruamus, & licet omnibus eas ſeruare conueniat, maximè tamen ijs, qui vitam profitentur, vt tui diſcipuli, ſanctiorem: illi, quod illis faciendum incumbit perfectiùs, faciunt imperfectiùs, & quod meliùs, hoc peiùs. O vos perfidos, qui communi manu menteque conuenitis in eum, qui vos intus & in cute nouit, probiùs multò quàm ipſi voſipſos. Vulpes eſtis. Nū aſtuti conſpiraſtis? Cum triginta vno die venatu ſumpſerit Samſon, igneque conſumpſerit, & vos ſimiliter nullo capiet negotio. Samſone maior voſque comburet: *Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei?* Accedit vxor regis Hieroboam, laruata, prophetam Ahiam deluſura: nam opinabatur, quòd mutato habitu illam propheta non agnoſceret, vnde quàm primùm ingredientis ſenſit ſonitum, exclamat illi vates: *Ingredere vxor Ieroboam: quare aliam te eſſe ſimulas? ego autem miſſus ſum ad te durus nuntius.* 3. Reg. 14.6. Probè vos noui, traditores, qui laruati conueniſtis ait Dominus: *Hypocritæ*. Nomen hypocrita, perſonam indicat comœdi, qui cum ſit alius, alterum refert, inquit D. Auguſtin. Hypocritæ, tragœdi præſentantes illos, qui tales non eſtis, virtutis oſtenditis ſignum, zelumque religionis, eſtis autem impij, ſacrilegi, malitioſi vnum ore profertis, & aliud corde concepiſtis: *Hypocritæ bene prophetauit de vobis Iſaias, dicens populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me &c.* Lib. 2. de Ser. Domini in monte c. 2. & Ser. 59. de temp. Vna ſtatera vanas veſtras appendite traditiones in altera verò grauiſſimam Dei legem, & modo videamus, vter è duobus ſit reprehenſione dignus an mei diſcipuli, ob tranſgreſſas ſeniorum traditiones, an vos ob tranſgreſſa Dei præcepta.

## §. 13. Quare & vos tranſgredimini &c.

*Sunt illi fumigantes Iſaiæ titiones, illos Echo perterret Chriſtus, vt olim Ægyptios.*

Q*Vare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditiones veſtras?* 41 En tibi completam Chriſti victoriam, quam eminenter cytharæ ſuæ pulſu diuinus ille muſicus celebrauit: *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius, & ſicut deficit fumus, deficiant.* Pſa. 67.2. Hoc poſſumus clariùs exponere per hiſtoriam quam S. nobis litteræ referunt de duobus potentiſſimis Regibus,

bus, qui copijs ſuis inſtructi numeroſiſſimis tãto faſtu Hieruſalem oppugnarunt, vt omnem circa regionem deuaſtarent, campos, aruaque contegerent, puluerem in cœlum vſque, qui terreret omnes, excitarent. Timet Rex Achaz. Citat Dominus Iſaiam, ait, feſtina, hæc Regi ex
Iſa. c. 7. 4. me renuntia: *Noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum iſtorum fumigantium, &c.* Vnico namque flatu omnem illorum diſſipabo, quantalibet fuerit, obſcuritatem, fumumque diſpergam per aëra. Duos hic exercitus intuere potentiſſimos, Scribarum & Phariſæorum, contra Hieruſalem illam cœleſtem, Chriſtum eiuſque diſcipulos. Quàm incedunt ſuperbi? qualem excitant puluerem dicendorũ in regionibus illis quas pertranſeunt? Quis fumus adeo ſpiſſus quò tenebras offundant, claritati, gloriæque veri ſolis noſtri ſcilicet Redemptoris. Eia agite, proditores accedite, Dominus enim exurget: *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius.* Vos omnes vt fumum ſolo oris ſui flatu diſſipabit: *Sicut deficit fumus deficiant.* Vnicô verbô quô vos retundit, deijciet vos, vnicoque flatu diſperget, vos inſuper fluctibus inuoluet confuſionis, vt ſuperbum olim & obduratum Pharaonem, fumigantemque eius exer-
Exo. 15. 10 citum: *Flauit ſpiritus tuus Domine, & ſubmerſi ſunt in aquis vehementibus*, oris ſui diuino flatu potentiſſimo. O quis ille flatus fortiſſimus!
Iſai. 11. 4. *Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditiones veſtras?*

I. Victoria Chriſti de Phariſæis. Impletur hic Iſaiæ vaticinium vbi de Chriſti prophetizat victorijs (vt notat D. Ambr.) quarum non minima hæc eſſe perhibetur: *Arguet in æquitate pro manſuetis terræ*, quod ad litteram hodie peragitur illos arguens hypocritas, in manſuetorum defenſionem atque humilium diſci-
☞ 42 pulorum propugnationem. Legit D. Irenæus:
Li. 3. contra hæreſ. cap. 10. *Arguet glorioſos terræ.* quàm acutè turbam illam deſcribit Scribarum & Phariſæorum illos intitulans *Glorioſos terræ* ob eorum faſtum, iactantiam auctoritatem, & maieſtatem qua turgidi veniebant. Pauonis (vt dicitur) flabellum præ ſe ferentes. Ad rem dicit. *Arguet*; quod ex mente
1. 2. q. 4. n. 1. D. Thomæ ſignificat, quòd illos Saluator eſſet conuicturus, & ſine replica ſuperbos illos dimiſſurus; quod & reipſa fecit ipſo quod dedit reſponſo adeo admirabili, vt proprijs illos laqueis comprehenderit eodem illis reſpondit modo: *Quare & vos &c.* Voſne ponderatis, quòd meis diſcipulis ſtrictior cæteris incũbat ſeruandi traditiones obligatio? Ego autem pondero, voſipſos ſtrictiori reliquis hominibus teneri ſeruãdi Dei legẽ obligatione, quandoquidẽ magiſtri ſitis & Doctores, ad quos ſpectat illã ex officio docere eiuſque zelare obſeruantiam; ſi peccatum eſſe reprehenditur in illis, ſeniorum tranſgredi traditiones: quod erit in vobis peccatum, Dei mandata ob traditiones veſtras, moreſque præuaricari: *Quare & vos &c.* Quàm arguté clauo clauus pellitur, & vnum *quare*, quàm aptè altero *quare* retunditur. Echo dixeris, quæ vires reprimet. Hac plaga præ cæteris Deus rebelliũ perterruit animos Ægyptiorum, nempe Echo eorũ continuo auribus inſonante. In campũ egrediebantur, exclamabant, & ex alia parte vocem audiebant redeuntem, vt ſagittam venenatam cor eorũ perfodientem. Sic illam deſcribit ſapiens: *Reſonans de altiſſimis montibus echo deficientes illos præ timore faciebat.* Eſt autẽ Echo, verbi reflexio, quod emittis: in illã etenim partem illud cumbrans, aeris vi, quẽ ore expiras, in montem occurrens, ad te reuertitur: vnde non dicit, *Sonans*, ſed *reſonans* tu namque ſonas, echo reſonat, dũ mons vbi illa formatur ad te remittit, quod in illũ tu expiraſti: Grande latet hic myſterium, at maius multò illud: quod echus reſonantia Chriſtus Phariſæos percellit, omneſq; vires eneruat. Intrant illi ſonando: *Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur &c.* Reſonat Chriſtus, vt echo: *Quare & vos tranſgredimini?* Nihil ita perterret, hominique vires adimit, vt echo, quando quis accedit arguendo: quare hoc agis; ſi poſſit illi per echonem reſponderi: quare & tu illud agis? Rugit vt leo Iudas patriarcha in Thamar nurum ſuam iam grauidam, viduam tamen, & ait: quare meretrix? comburatur. Reſonat illa vt echo: quare tu adulter inceſtuoſus: qui ad honeſtiorem me multò teneris vitæ continentiam? hæc illi echo ſuperbiam repreſſit, fregitque vires, vt perpendit D. Ambr. quocirca replicat: taceamus omnes, ſi- Serm. 3 in
nite illã, nihil ei dicatur: *Iuſtior me eſt.* quàm lã- Pſ. vt
guet mater illa viribus, quæ filiam ſemper ad illud De
feneſtram ſpectantem redarguit, ſi poſſit illi per
echonem reſponderi: quòd ipſa ſit libidinoſa?
quanto rubore perfunditur ille qui tibi expro- Gen. 38.
brat, cur illi litem moues, qui te affecit iniuria, ſi 25.
illi replicaueris: cur ipſe pauperes veſtibus auarus ſpoliarit?

II. Ægypti echo perterrentur. Sap. 17.

Mirabilẽ audio ex ore D. Pauli ſententiam: *Propter quod inexcuſabilis es ô homo omnis qui iudicas? In quo enim iudicas alterum, teipſũ condemnas: eadem enim agis, quæ iudicas.* Si condemnes alterum ob ea quæ agit, ſi tu eadẽ comittas, ipſis te verbis tuis condemnas gladius, quo iugulas alium, tibi cor trãſuerberas. Habes hic illud: Rom. 2. 1.

Compre-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Comprehenduntur in conſilijs, quibus cogitant* & (vt dicitur) laqueus laqueum reperit. Condemnant illi diſcipulos, quòd ſeniorum traditiones tranſgrediantur: Hæc ipſa ſententia voſipſos cõdemnat, qui Dei ſancita præuaricamini. Trutinat
III. D. Aug. verba D. Pauli, qui ait, quòd qui defectus arguit alterius, ſeipſum priùs introſpiciat: *Conſiderans teipſum* quid hoc, ſi peccauit alter, egone me ipſum conſiderabo? Alterum moneo de eo, quod in ipſo notaui, num oculos teneos in meipſum retorquere? Non conuenire videtur: hic loqui, & ibi videre. Ne docentem reprehẽderis: tibi namque cauendum eſt, ne proximum condemnando, teipſum condemnes: vnde tali à te modo corripiendus eſt alterius defectus, vt tibi caueas, ne contra te feras ipſe ſententiam, ne, ſi proximo dixeris *quare*, tibi quoque reſpondeat: *Et quare*: & ſupus decidat in laqueum.

43 Parcat mihi Dominus, heu quot poſſemus declarare condemnatos propria ſua ſententia, qua feriunt alterum, idque iure potiori: peius etenim illud eſt, quod ipſi agunt, quàm quod ab alijs actum eſſe reprehendunt, velut hi hypocritæ Phariſæi. Rimatur D. Chryſoſto. ſæpius iam repetitam, de Nathan, & Dauide hiſtoriam. Caſum proponit propheta prophetæ, de diuite, qui quo lautius exciperet hoſpitem, furto à viro paupere ſublatam oniculam (cum ipſe multo grege abundaret, quo poſſet genialiter epulari) iugulauit. Reſpondet Dauid: *Viuit Dominus: quoniam filius mortis eſt vir qui fecit hoc.* q. d. mille meretur mortes, homo eſt natus ad patibulum, & confirmat iuramento ſententiam: *Viuit Dominus.* Præcipitata ſententia. *Legis terminos exceſſit*, (inquit D. Chryſ.) nulla etenim lex aut humana aut diuina furem morti adiudicat, ob interemptã ouẽ, Dauid nihilominus diuitem morte condemnat ouis raptorem. O Dauid illa ipſa oris tui ſententia, ipſe condemnaris, & potiore quidem ratione, non enim tu ouis alienæ, ſed mulieris raptor alienæ, non tu ouem iugulaſti, animal irrationale, ſed Vriam militem, cæteris tibi fideliorem.

Eadem phraſi ponderat D. Grego. quàm prudenter Chriſtus accuſatoribus adulteræ reſponderit: *Qui ſine peccato eſt veſtrum &c. Ad aliena quippe peccata puniendo ibant & ſua reliquerunt: reuocat vſque intus ad conſcientiam, vt prius propria caſtigent, & tunc aliena reprehendant.* Hinc
VI. quoque declarat cauſam ob quam Iſraelitæ punitionem ſceleris Tribus Beniamin aggreſſuri, fuerint ab hoſtibus, vna & altera vice ſuperati. Procedebant enim ſuperbi in proximi peccatũ auſteriores, ipſi grauioribus contra Deum commiſſis peccatis obnoxij. Quot audimus qui vidẽtes furem ob quatuor aſſium delictum virgis cædi exclamant. O quàm iuſtè centum luat verberibus: nec ipſi vident, ſe crimine peculatus infames pauperum ſanguiſugas, & conuenientius multo illorum humeros flagra illa etiam duplicata contunderent. Cernit alter ſuſpendi latronem, qui leuiter per viam furtum commiſit, & ait: *Benedictum lignum per quod fit iuſtitia.* nec ſeipſum intuetur, qui pede ſtãte, & interruptim, mille commiſit furta ſaculatum, mille ad hoſpitale pauperes deportanit, ex illis de quibus Dauid: *Qui deuorant plebẽ meã, ſicut eſcã panis.* Teipſum conſidera, & audi ad tuum etenim *Quare* alterius echo reſonat: *Quare & vos &c.* Sap. 14. 7. Pſ. 13. 1. 4.

## §. 14. Traditiones ſeniorum. *Quis harum fuerit auctor traditionum, & quales illæ, nominatim autem illa de filiis contra parentes.*

Quæ fuerint illæ traditiones, quiſue earũ auctor apertè non conſtat. Opinatur D. Epiph. quod aliquæ ante captiuitatẽ Babylonicã incœperunt, quarum inſtitutor fuit eximius Doctor Achiba nomine: aliæ verò poſt illas, quarum conditores fuerunt Daniel, & filij viri cuiuſdam illuſtris Aſſamonei. D. Hiero. credit illas paulo ante Saluatoris aduentum exortas, quibus principium dederunt duo celebres Rabbini inter Iudæos Rabbi Sammai & R. Hillel. ex quorum familijs originem trahebant celebriores Scribæ & Phariſæi, vnde & illi zelatores illarum erant, ſtrenuique defenſores. Notat ſimiliter quod nominibus ſuis proferebant quales forent illæ traditiones: *Sammai* namque ſignificat *Diſſipator & Hillel prophanus*: quod enim illi contendebant, hoc erat, Dei legem ſuis diſſipare, & prophanare traditionibus, illas namque non alia de cauſa condiderunt, niſi in legis diuinæ deſtructionem, illas autem vocabant: *Deuteroſes*. vt notat D. Hieron. & D. Augu. quod ſignificat: ſecundariæ leges. Et addit D. Aug. non fuiſſe leges ſcriptas, ſed memoriæ mandatas, ex vno ad alterum tranſmiſſas: proinde, de die in diem peiores ac ſordidiores, ſicut fieret de panno, qui de manu ad manum deuolueretur, ſi illæ eſſent inquinatæ. 44 Hæreſ. 42. In c. 8. Iſai. Epiſt. ad Algaſiam q. 10. Li. 2. contra aduerſarium legis & prophetarum c. 1. & 2.

Arbitror ego conformiter doctrinæ D. Irenæi, qui ex profeſſo de hoc agit, quod ambo hæc in duobus fuerint vera, & traditiones aliquas fuiſſe L. 4. contra hæreſ. c. 25. 26. 27.

fuiſſe antiquas,illas nimirũ,quas dicit D.Epiph.
paucas fuiſſe,rationique conformes , ſaltem earum
aliquas;illas pariter à viris doctrinâ preclariſſimis
fuiſſe inſtitutas,ad quarumdam difficultatum
enodationem , in quibus populus dubius
hærebat , circa legis diuinæ mandata.Et ſingu-
*Epiſt.cit.* lariter hoc expedit D.Hier. circa iter Sabbathi
ad duo millia paſſuum.Præceperat Deus, vt die
Sabbati vel feſti requieſcerent , ſuis domibus
*Exo.c.16.29.* incluſi : *Nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo; maneat vnuſquiſque apud ſemetipſum.* Dubitabãt,
I. ſi licitum eſſet domo egredi , & pedibus ſtare,
Quale ſit iter ſabbati. declarant illi. Rabbini, licitum illis eſſe foras egredi
, modò vltra duo millia paſſuum iter non
extenderetur. Recepta fuit hæc traditio, adeoq;
*Act.c.1.10.* celebris,vt inde diceretur. *Iter Sabbati* diſtantia
duorũ milliũ paſſuum. Aliæ verò fuerunt modernæ,paulo
ante Chriſti aduentum inſtitutæ à
Scribis & Phariſæis ſenioribus,& velut omnium
Doctoribus,qui vt erant ambitione, malitia,vanitate
& auaritia contaminati , leges ſeu traditiones
condiderunt, illis conuenientes, tales, vt
omnes diuinæ legi repugnarent , vel ſaltẽ vanæ
D.IREN. eſſent ac ſuperſtitioſæ.Et hic (inquit D.Irenæ.)
illud Domini per Iſaiam de principibus Sacerdotum
impletur: *Caupones tui miſcent vinum aqua,oſtendens quod Dei præcepto miſcerent ſeniores ſuam traditionem&c.* Aqua,quæ vini virtutem,
& legis diuinæ eneruat fortitudinem, illamque
peruertit.

☞ 45 Sunt autem illæ,quas,vt notat D. Auguſt.D.
*L.2.cõtra aduerſa. leg.ca.14.* Paulus nominat : *Inanes fallacias ſecundum traditionem hominum.*& D. Petrus.*Vana veſtra conuerſatione paterna traditionis* , de quibus ſic D.
*Ad Collo.2.8.1.Pet.1.18.* Clem.Papa.*Solum hiſtoriæ cauſa illas lege,vt cognoſcas & glorifices Deũ,qui te à talibus, & tantis vinculis liberauit*;illi alludens,quod ex D. Petro
D.CLEM. PON. retulimus,Deo reddatis gratias quod per Chri-
ſtum:*Redempti eſtis de vana veſtra conuerſatione.*
*Li.1.Con. ſtitu.Apo.c.7.* D.Hier.illas nuncupat:*Aniles fabulas* inſuper &
D.Pau.(vt apte D.Augu.)dum ait:*Prophanas & aniles fabulas deuita.*Et alio loco : *Nõ attenderent fabulis Iudaicis.*Et ipſe D.Aug.illas intitulat:*Deliramenta Iudæorum.*
II. Iudæorũ traditiones fabulæ vocantur. Illarum multas Redemptor
noſter , in ſuæ prædicationis exordio ſubuertit,
dixitque eſſe reprobatas in illo ſermone habito
in mõte illa ſuit ſcilicet adeo nominata quando-
cebant à Deo populo mandari:diliges amicũ &
*Epiſto. ad Algaſ.* habens inaberis inimicum quã ſic refert: *Audiſtis: quia dictum eſt antiquis:diliges proximũ tuũ &c;*
*1. ad Timot.4.7.* Et altera,qua tradebant à Domino præceptũ,nõ
falſum teſtimonium dicendum , ſed cum illud
*Lib.2.cit. cap.1.* falſum non eſſet,quantumlibet iuramentum nõ
prohiberi: *Audiſtis quia dictum eſt non periurabis.*
Et illa quoque, qua tenebat à Deo prohiberi adulterium
actu completum, non autem , mulierem
concupiſcere alienam: *Audiſtis:quia dictum eſt antiquis:non mœchaberis:&c.* Nec non inter
illas hæc recenſetur , quam hodie Chriſtus producit
ad lucem,

Expoſitionem ediderant, & velut traditionem
conſuetudine receptam,qua profitebantur quòd
licet præcepiſſet Deus parentes à filijs eſſe honorandos,
vellet nihilominus ſeipſum parentibus
honore anteferri,quocirca, ſi quando pater
aut mater neceſſitate premeretur , & ad filium
pro ſubſidio confugeret,filius hic, quod parentibus
dandum eſſet, offerret Deo , templo & Sacerdotibus,parentibuſque
reſponderet. Parentes
mei deſideratiſſimi,multum(fateor)vobis debeo,
at plura Deo , qui pater eſt primarius , illi hoc
offero,vt tali, tamque bonus ille eſt, vt hanc pariter
ſit recepturus pro vobis oblationem,vobiſque
proderit,per hanc enim vobis & mihi liberalis
benefaciet,voſque huius , quod offero, ſacrificij
reddo participes. Ita vt, quod parentibus
tribuendum erat , illud Deo ſacrificium offerrent
& iam velut quiddam Deo dicatum prætendebant
dari non poſſe parentibus etiam fame
pereuntibus.Idcirco illud vocabant *Munus*,
vt Chriſtus hic notat, & D. Cyrillus Alexandr.
præclaris probat S. Scripturæ locis lectu digniſſimis.,
ad horum verborum intelligentiam,
maximè verò huius *Munus* ,quod ſignificat munus
Deo conſecratum : quocirca quando hoc
Deo dedicabant , illâ ſolemni vtebantur ceremoniâ,quam
lex in ſacrificijs ſeruandam præſcribebat,nempe,manus
ſuper illud ponebant,
quo ritu,(vt notat Abulenſ.& noſter Oleaſter)
teſtabantur, quòd illud perfectè à ſe manu mitterent,omnique
ſua eximerent poteſtate , & in
Dei perfectum transferrent liberè Dominium.
Eo modo quo Romani dum ſeruum libertate
donabant,vt oſtenderent,quòd eum integre ſuâ
ſoluerent manu ac poteſtate,manus ſuper illum
extendebant: vnde traxit originem verbum illud
*Manumiſſionis*. Hoc modo miſeri fame parentes
interibant; ſuas vero Sacerdotes facultates
augebant.Accurrebat inops pater ſuam filio
proponens extremam neceſſitatem , qui quod
dare tenebatur, quo patri poſſet ſuccurrere , ſibi
ſumebat,aiebatque patri. Hoc Deo patri vtrique
primo do,dicoque te vero pater mi, ſuffragij huius
oblationis reddo participem , vt ibi pariter
coram Domino proficiat in ſalutem. Quod ſi
pater vrgeret, auxilium poſtulans ; reſpondebat

ille:

ille; pater mi, iam vides hoc eſſe Domino dedicatum: idcirco namque te ſpectante illud Deo conſecraui, nec ratio patitur, illi auferatur, vt tibi in ſubſidium erogetur.

46 Hæc omnia ſubtiliter exponit noſter Card. Caiet. Vides, quam iniqua ſit hæc traditio, quàm animi plena peruerſitate, qua eneruabant & decimabant præceptum parentes honorandi: illud etenim de colendis parentibus mandatū (vt aduertit probatque D. Hier.) nedum honorem ſpectat, quo parentibus caput aperimus, verbis vtimur demiſſis, recti coram illis conſiſtimus exteriori colimus reuerentiâ, ſed præcipuè, dum eis inopiâ laborātibus opitulamur: *Honor in ſcripturis* (inquit) *non tantum in officijs & ſalutationibus deferendus, quantum in eleemoſynis &, munerum oblationibus ſentitur.* Ita loquitur Apoſt. diſcipulo ſuo ſcribens Timotheo: quo ſignificet, viduis ſuccurreret indigentibus, dicens: *Viduas honora, quæ verè viduæ ſunt.* Similiter vt dicat eſſe ſacerdotibus ac Prælatis de neceſſarijs prouidendū, ſic loquitur: *Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni ſunt, maximè qui laborant in verbo.*

Iuncaeſ. 15. & c. 1. — Iac. 15. D. Matth. — D. Hier. Tom. 4. — 1. Tim. c. 5. 3. — 1. Tim. c. 5. 17.

Hoc primariò Deus filijs mandat parentibus exhibendum, eorum ſc. ſubleuent indigentiam, illis in quibus laborant, obſequia deferant. Ita declarat Salomon: *In opere & ſermone & omni patientia honora patrem tuum.* Primò & præ omnibus, operibus, honor exhibendus. *In opere*, illis ſeruiendum, quibuſcumque indiguerint illis ſubminiſtrandum & quæcumque illos delectāt, placentque ſuggerenda. Secūdò *In ſermone*, magnâ parentibus reuerentiâ, ac ſubmiſſione loquendum. Tandem *In patientia*, eorum reprehenſio, ſenectutis moleſtia, infirmitas, conditionesque ſufferendæ. Hoc luculenter probat D. Hier. Epiſtola, quam ad preces cuiuſdam ſcripſit Monachi: habebat hic matrem, ac ſororē, quæ fratrem à ſua repellebant ſocietate ſed nec ſoror matrem ſecum patiebatur, certis de cauſis à D. Hier. ibidem relatis. Multā peragrauit hic monachus regionē, vſurus D. Hier. deprecās, ſorori, matriq; litteras daret, vtramque de quibuſdā defectibus reprehenſione dignis argueret, matri præciperet, filiæ curā ſuſciperet diligentē: ſorori, matri humiliter obediret. Licet autem aliquoties ſe D. Hier. excuſaret, obtinuit tamen Monachus quod intendebat. Quocirca filiæ ſcripſit eam adhortatus, matri ſeculò ſeruiret, ſubmiſsè obediret patienterque perferret. Licet autem illi potuiſſet obijcere, quod: *Non erat bene morata, & nō poſſum cum huiuſmodi viuere:* reſpondet illi nihilominus & hinc ſtrictiorem matri obediēdi eſſe cit obligationē: *Primum quidem, etiamſi talis eſt, maius tamen habebis præmium. ſi talem nō deſeras, illa te portauit in vtero, aluit, & difficiliores infātiæ mores blanda pietate ſuſtinuit, lauit pannorum ſordes, & immundo ſæpe fœdata eſt ſtercore. Aſſedit ægrotanti & quæ pro te faſtidia ſuſtinuit, tua quoque paſſa, ad hāc perduxit ætatem.*

Eccleſ. 3. 9. — IV. Quomodo ſint honorandi parentes.

D. Hi. Ep. 27. Tom 1.

Omnes illæ à D. Hier. allatæ rationes ſtrictam filiis declarant rationem obediendi, ſeruiendiq; parentibus, omnesq; illæ eo diriguntur, vt conſtet, quod eſſe & vitam qua gaudemus, eiuſque conſeruationē, nos filij referre debeamus pietati, quā nos parentes ſuſtinuerunt: antē præmiſerat: *Dñs Ieſus Chriſtus ſubiectus erat parentibus ſuis, alterius vtero alterius brachijs. Vnde & in cruce pendens, commendat matrem diſcipulo, quam numquam ante crucem dimiſerat:* Quod autē in cruce Saluator matrem cōmendauerit, argumentum eſt euidens, quòd viuens eius numquam ſedulam dimiſerit curam, & extremis mortis oppreſſus anguſtijs de matre illi non deficit ſolicitudo, videamus ſi tale exemplum, tanta à parentibus accepta beneficia, filios obligent, vt illis humiliter obediant, ſeruiantque diligenter. Propoſuit hoc filio ſuo Tobiæ Tobias, illum conatus inducere, ne matri ſuæ in quoquam deeſſet, ſeruiretque in omnibus: *Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ tuæ: memor enim eſſe debes, quæ & quanta pericula paſſa ſit pro te &c.*

V. Rationes honorandi parentes.

Tob. c. 4. 5.

## §. 15. Deus dixit: honora patrem tuum.

*Infringebant illi præceptum honoris debiti parentibus, ad quod Deus illos volebat obligare, ſuam paternæ connectens benedictionem in Iacob.*

47 PEruerſam hic attende Phariſæorum traditionem diuino præcepto tam ſtrictè obliganti contrariam. Præceptum diuinæ legis inter cetera grauius, hoc erat, quo filij parentes honorare, eorumque neceſſitatibus ſeruire tenebantur D. Paulus hoc nominat, *Primum in promiſſione.* Duabus de cauſis. Prima quia primum præceptum, cui Deus annexuit de præmio ſpōſionem, hoc eſſe perhibetur. Mandata diuino ſuo deſcribit digito, nihil illis quæ ſcripſerat ſuperaddendo: *Non habebis Deos alienos, Non periurabis, ſabbata ſanctifices.* Porro hoc de honorandis parentibus ſcripturus, ſtylum extendit, & eodem quo ſcripſerat digito, pariter ſcripſit & præmium, obſeruatoribus deſtinatum: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper*

I. Præceptū de honorādis parentibus quomodo ſit primū in promiſſione. Ad Eph. 5. 6. 2. Exo. 20. 3

Exod.c.20 12.

*per terram, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi.* Deo notum erat hominis ingenium, qui nulli rei adhibet manum, niſi quodam allectus lucro: ea de cauſa promiſit, quòd quicumque debito parentes honore fuerit proſecutus: diuturnam, quam omnes amant, vitam traduceret: Vitam omnes magnifacimus, hanc longæuam ſpondet, quam non ſolum temporalem intelligit in hac promiſſionis terra, ſed primario, in beatitudinis terra ſempiternam: *Promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ:* teſtatur Apoſtolus Itaque non eſt hoc alijs ſimile mandatum, illis enim præmium in alteram vitam ſolummodo promittitur: quo feruor ſeruorũ refrigeſcit: etenim dicunt: fiducia ſpeſque in longa tempora, ſed nunc hic in promptu, confeſtim promiſſum incipit præmium, in eo quòd pluris æſtimatur vita longa, ſana, proſpera, omnibuſque ſuperabundans: hæc enim omnia verbum illud comprehendit: *Vt ſis longæuus ſuper terram.*

II. Præcepto de honorandis parentis præmium adſcribitur.

1. ad Tim. c.4.8.

Secundo dicitur: *Præceptum primum*, quia eorum primum eſt quæ Dominus in ſecunda tabula ſeruanda propoſuit. Manifeſtum eſt quòd Dominus diuino ſuo digito decalogum in duabus ſcripſerit tabulis lapideis, in prima tria ſculpſit mandata, ſe honoremque ſuum ſpectantia, quæ propterea dicimus præcepta primæ tabulæ, In ſecunda verò ſeptem alia proximi ſpectantia vtilitatem. Inter illa quod primo ſtatuit loco, & caput cæterorum, honor eſt & obſequiũ parentibus debitum. Hoc eleganter expreſſit D. Cyril. Alex. Poſt Deum (inquit) primum obtinẽt locum parentes: *Quippe cum ſecundum ab opifice locum teneant: nam vt Deus, qui ratione effector eſt, & conditor, omnibus eſt initium & origo: ſic quiſque etiam parens, ex ſe nato filio, quaſi ſtirps quædam eſt procreationis, & fons vitæ, & ex eo progreditur vt ſit &c.* Et ratio perſpicua eſt, non enim gratia naturam deſtruit, ſed perficit, in ordine naturæ, prima obligatio conuenit parentibus quia nobis ſunt viciniores, à quibus primum quo potimur, beneficium accipimus, eſſe ſcilicet & vitam: hanc enim nobis Deus per illos voluit elargiri, vultque illis ob hoc tam ſyncerè deuincti ſimus, vt bona omnia huius vitæ quæ tribuere nobis intendit, benedictioni parentum alligaſſe videatur.

D. Cyril. Alex. Lib 7 de adorat.

Pſ.4.4. ,, Hoc ille confirmat locus Dauidicus: *Scito-*
III. ,, *te, quoniam, mirificauit Dominus ſanctum ſuum.*
Deus ,, In Hebræo *Sanctum eſt Hacan* quod ſignificat
filios o- ,, *Sanctum & Ciconiam.* Quo declarat quòd eodẽ
bediẽtes ,, vocabulo Deus ſanctum ſignificet & miſericor-
mirifi- ,, dem. Ciconia namque pietatem ſignat & miſe-
cat.

ricordiam erga parentes. Vnde pro eodem cẽſendum, parentibus eſſe beneuolum, illis obedire, ſeruire, honorare, & eſſe ſanctum. Hoc ſuppoſito pſallit Dauid: quòd Deus benedictionibus mirificabit complebitque filios obedientes, patribuſque compatientes, ſicut ſuos mirificare ſeruos nouit fideliſſimos. Obijciebant Dauidi, implicare Regem eſſe tantis circumcinctum inimicis in eum inſurgentibus, qui regi vitam regnumque auferre moliebãtur. Quibus ſic Rex reſpondet: *Filij hominum vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendaciũ: ſcitote, quoniam mirificauit Dominus ſanctũ ſuum.* Hoc noueritis, quòd filium parentibus morigerum, ac beneuolum in ſuam ſuſcipiet curam, illum reddet admirabilem, pleniſſimis & abundantiſſimis cumulabit manus ſuæ diuinæ benedictionibus quas omnes paternæ Deus videtur conſignaſſe benedictioni: quandoquidem hoc ſemper voluerit, vt patris benedictio, velut medium foret, quo in filium obedientem Dei defluerent benedictiones quibus diuina illos maieſtas volebat reddere mirificos.

Omnibus eſt cognita hiſtoria Iacob. Vterum portabat Rebecca duobus geminis Iacob & Eſau grauida qui adhuc materno concluſi carcere, inter ſe calcitrabant vter prior in lucem egrederetur, ſibique vendicaret maioratum. Ad Deum Rebecca confugit anguſtias quas patiebatur, expoſitura Reſpondet illi Dominus duobus grauaris filijs, & hoc volo, vt familiæ maioratus cedat minori, qui licet ſecundò natus, ex nunc illum attribuo minorenni. Naſcuntur infantuli, multa relatu digna intercedunt; ad extremam pater properat horam, qua contingnet maioratum, quem primogenito nempe Eſau deſtinat, qui naturæ ordine illi debebatur, in hunc finem illum vocat, præcipit epulas præparet quales omnes fuiſſe nouimus. Audit hoc Rebecca filiumque Iacob minorem aduocat, agitque cum illo, quatenus ſe præparet, fratris ſibi comparet ipſe benedictionem. O chariſſima mater, reſpondet adoleſcens, timeo, ne ſi attrectans me pater agnouerit: *Inducam ſuper me maledictionem pro benedictione.* Gen.27.11. Cui mater de filio impetranda benedictione ſolicita, nihil timueris, *In me ſit iſta maledictio fili mi.* Sedulò, quod tibi dico perfice, vt ſuam tibi pater impertiat benedictionem: vt autem hanc filius Iacob conſequeretur, notiſſimum illud excogitat ſtratagema, præparandi epulas, manus colliquue nuda pellibus contegens hœdinis &c.

Faueat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IV. Cur Rebecca tã ſolicita vt Iacob impetret paternã benedictionem

Faueat mihi Deus, quid Rebeccam reddidit tam ſolicitam, vt tanto periculo procuraret, maritus ſuus, paternam Iacob tribueret minoreni benedictionem? Num ignorabat illa, quid Deus illi condixerat, hanc ſuam eſſe voluntatem, vt cederet minori maioratus? Cum Dei habeat & voluntatem & decretum, quid vltra quærit ſolicita, quid deſiderat inquieta? Deinde, qui ſunt hi timores Iacob & anguſtiæ, ne pater ei maledicat? numquid ſciebat ex relatione matris ſibi Deum ex beneplacito prædeſtinaſſe benedictionem? quid igitur contra illam paterna potuit efficere maledictio? Illud dicere potuiſſe quis non dixerit, quod poſtmodum dixit Dauid: *Maledicent illi & tu benedices, ſeruus autem tuus lætabitur.*

Pſ.108.28

His ſublime declaratur ſacramentum, illud nempe: Sancta nouerat Rebecca, ſciebat quoque & Iacob, quòd lege communi alliget Deus fauores, dona, beneficia, proſperos ſucceſſus, quos filijs prædeſtinat, paternæ benedictioni, & ſicut, licet determinauerit, illis dare & eſſe & viam ſuo beneplacito, quod illis per ſeipſum largiri poterat, noluit tamen, niſi medijs parentibus, ita quoque facultates, proſperos ſucceſſus, bonáque temporalia. quæ dare decreuit, licet per ſeipſum poſſit, vult tamen illa fiant paternæ medio benedictionis, & ſine illa filijs nihil ſuccedat ex animi ſententia. Vnde Salomon ait: *Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta.*

Eccle.3. 11.

Inſuper & hinc intelliguntur alia duo, quæ poſtmodum in eadem hiſtoria contigerunt; quæ ſingulari ſtudio refert Spiritus S. Primum, extremus ille dolor, animique conſternatio qua Eſau afficiebatur, vt intellexit à patre, quòd frater ſuus Iacob ſibi benedictionem præripuiſſet: ingemuit enim vehementer, & vltra quàm credi poteſt, expauit, & quaſi viribus deſtitutus labebatur: *Auditis Eſau ſermonibus patris, irrugijt clamore magno.* Notat D. Hieronymus ex alia littera legi: *Eſau clamauit voce magna, & amara.* Noſter quoque Cardinalis Caietanus: hanc notat eſſe lectionem ex originali Hebraico: *Et conſternatus ait: benedic etiam & mihi pater.* Verbum hoc *Conſternatus*, ſignificat, quòd velut animi deliquium pateretur, & terror nimius pauórque irrueret in illum, quo cordis alæ corruebant: inſtat importunus: *Benedic etiam & mihi pater mi.* Fili mi, reſpondet Iſaac: iam fratri tuo meam largitus ſum benedictionem; *Numquid non reſeruaſti* (exclamat Eſau) *& mihi benedictionem?* Quid tibi vis, fili mi, vltra reſeruauerim, ſi totam fratri tuo impertij benedictionem; Dominum tuum illum conſtitui, omneſque fratres eius ſubieci ſeruituti: nec non quidquid dare potui dedi non reuocandum: *Benedic etiam & mihi pater*, quod ſi renuas, moriar. Replicat Iſaac: fili mi, quam vis dem tibi benedictionem? Vt hoc audiuit, copioſiſſimis cœpit inſtare lacrymis, amaros edere ſingultus, gemitus adeo teneros, vt patris viſcera mouerit, qui & illi benedictionem largitur apparentem: *Cum eiulatu magno fleret, motus Iſaac dixit ad eum. In pinguedine terræ, & in rore cæli deſuper erit benedictio tua.*

Gen. 27.34.

V. Cur Eſau ita pro patris ſolliciti benedictione

O miraculum quòd cum adeo malus eſſet Eſau & peruerſus, tam moleſtè tamen tulerit paternâ ſe fraudari benedictione tantopere inſtet lacrymis, & gemitibus pro eius impetratione, ſe quaſi perditum æſtimet illâ fraudatum, nec deſiſtat, donec & illi pater benedicat, magis ad formam quàm pro ad effectum? Ratio eſt: quia licet talis eſſet, intelligebat tamen nihil ſibi feliciter atque ex votis euenturum patris priuato benedictione, nec paſſum progreſſum ſibi proficuum, nec negotium vllum ſuum optatum finem conſecuturum.

Secundum: quòd ex hac patris benedictione ſucceſſit. Exacerbatus Eſau, ob præreptam ſibi à fratre benedictionem, in eum cœpit excandeſcere; ita vt de morte fratri inferenda cogitaret, minaſque non contemnendas ebulliret. Subodorata eſt hoc Rebecca mater, ſtudenſque Iacob eripere periculo, determinat, vt in Meſopotamiam ad fratris ſui Laban domum proficiſcatur quatenus ereptus oculis Eſau ſic à concepto furore manſueſceret. Rem cum Iſaac marito communicauit, qui propoſitum approbauit, denuo Iacob ad ſe vocat, & iterum illi benedicens ait: *Vade & proficiſcere in Meſopotamiam Syriæ &c.* Illico laribus egreditur Iacob, ſoluſque iter arripit, nec camelo, nec equo vectus, nec vno quidem famulo comitatus. Miratur Abbas Rupert. & quærit, qui fieri poſſit, vt Iacob iter arripiat, qui ſecum nec equitatum, nec comitatum, quo defenderetur, deducit, cum per aſpera ac ſolitaria deſerti foret illi tranſeundum. Ditiſſimus erat Iſaac teſtatur Rupertus, de quo paulo ſuperius S. pagina dixerat: *Locupletatus eſt homo &c. donec magnus vehementer effectus eſt, in tantum vt ipſe Abimelech diceret. Recede à nobis: quoniã potentior nobis: factus es valde.* Heres pariter erat familiæ Abraham, quâ nulla celebrior, potentior nulla, qui de vernaculis domi ſuæ genitis, ad trecentos numeraret, cui tantus

Apud Lypom. in Gen. 28. fol. 298.

VI. Cur Iacob ſolus paterna diſcedit domo.

Gen. 26.16.

camelorum equorumque numerus vt domus ſuæ procuratorem mittens in Meſopotamiam, decem camelis onuſtis, multiſque ſeruis delegarit comitatum. Quomodo ergo Iſaac filium ſuum ſic dimittit incomitatum? Et quomodo ſecurus, adeo, plenuſque fiduciâ Iacob proficiſcitur, nihil pro viatico ſecum aſſumens?

Hac de cauſa ſuſpicatur Ioſephus hiſtoriographus, quòd Iacob de paterna domo ſolus nō excеſſerit, ſed multo camelorum ſeruorumque comitatu conſtipatus. Attamen in hoc hallucinatur Ioſephus: quandoquidem ipſe Iacob proteſtatus fuerit & confeſſus: *In baculo meo tranſiui Iordanem &c.* Reſpondet autem Abbas Rupert. multâ Iacob pollebat ſapientiâ, & vir ſapiētiſſimus, intellexerat quàm eſſet efficax paterna benedictio, ita vt filius, qui illam accipere dignus eſt, nullo præterea indigeat, quo proſperè ſibi cuncta ſuccedant, iter ſuum ac propoſitum felicem ad exitum perueniant, in manus illi defluant optima fortuna, ſorteſq; optatiſſimæ, quatenus per patris benedictionem, diuinam aſſequatur: quia ſuam Deus videtur patris alligaſſe benedictioni: qui ſicut dat per ipſos eſſe filijs, ſic & per illorum benedictionem, ſuam quoque vult ipſi conſequantur.

Gen. 32. 10.

Sunt igitur patres per quos filij vitam, eſſe, proſperitatem, ſalutemque conſequuntur, quæ dare Deus filijs im̄edit: & illi proinde ſunt quibus primam poſt Deum filij debent obligationem. Ex hoc principio deducit D. Thom. quod prius D. Ambr. docuerat: quòd prima potiorque ſit ad parentes filiorum quàm ad filios, vxores, & quaſlibet orbis perſonas obligatio. Ratio liquet omnibus ex notiſſimo principio: *Qui prior eſt tempore, potior eſt iure.* Multos habes creditores, cui primò ſoluendum? qui prior eſt tempore: debita namque poſtmodum contracta, non poſſunt præiudicare anteriori. Quod eſt primū, quod homo contrahit, debitum? Parentum, quibus debet & vitam, & eſſe; Graue debitum, nullum eorum, quod poſtmodum contrahis, poteſt illi præiudicare, proinde parentibus primò ſuccurrendum, vt prioribus debitoribus. Et licet, quantum ad cohabitationem, maius ſit erga cōiugem debitum, iuxta illud Adam: *Quamobrem relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ.* Quantum tamen ad opem & ſubſidium potior eſt ad parentem quā ad vxorē obligatio. Hinc quoque innoteſcit, quàm iniquè faciant filij, qui deſertis parentibus, ſoli & toti filijs, vxorique curandis aduigilant.

2. 2. q. 26. ar. 9. & 11. & q. 1. ar. 3. ad 4. & refertur in 3. ſent. diſt. 29.

Gen. 2. 24.

## 16. Honora patrem tuum. *Nouem in SS. litteris filio obedienti promittuntur bona, multa verò mala rebelli intentantur, vt Abſaloni.*

SCatet S. Scriptura promiſſis, quæ Deus filijs addicit parentes honorantibus, iiſque auxiliantibus pro debito. Auctor modernus nouem numerat eaque non exigua bona talibus ore diuino repromiſſa. Primum eſt: vita longæua: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram.* Et alio loco: *Qui honorat patrem ſuum vita viuet longiore.* Secundum: opes abundantes, quibus hanc vitam quieti tranſigant, ita namque loquitur: *Sicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrem ſuam.* Tertium: fœcunditas in filijs: *Qui honorat patrem ſuum, iucundabitur in filijs.* Quartum: Familiæ perpetua ſtabilitas: *Benedictio patris firmat domos filiorum.* Quintum: Oratio eorum à Deo exaudietur: *Qui honorat patrem ſuum in die orationis ſuæ exaudietur.* Sextum: honor & dignitas: *Gloria hominis ex honore patris ſui.* Septimum: liberatio ſuis in cruciatibus ac laboribus: *Eleemoſyna patris non erit in obliuione &c. & in die tribulationis commemorabitur tui.* Octauum: remiſſio peccatorum: *Eleemoſyna patris &c. Et ſicut in ſereno glacies, ſoluentur peccata tua.* Nonum: omnium honorum ſpiritualium, & temporalium, huius & alterius vitæ cumulus, quem diuina proferet benedictio: *Honora patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in nouiſſimo maneat.*

Exod. 20. Pererius in Gen. c. 9. Eccl. 3. 7. Eccl. 3. 5. Eccl. 3. 6. Eccl. 3. 11. Eccl. 3. 6. Eccl. 3. 13. Eccl. 3. 17. Eccl. 3. 17. Eccl. 3. 10.

Sicut autem S. Scriptura talibus ſcatet promiſſis, quæ morigeris ſeruantur filijs; ita & horribiles intētat minas immorigeris, diſcolis, ac in parentes contumacibus. Ex huius occaſione nihil aliud intendo quam hiſtoriam illam de contumaci filio Abſalone perſcrutari, qui contra parentem Dauid bella ſuſcitauit atrociſſima; atque in illo videre licebit, quid timere ſibi poſſint in parentes pertinaces filij: hac enim vt reor, ex cauſa illam nobis Spiritus Sanct. dictauit. Inſurrexit refractarius in patrem Dauid Abſalon, quem ad eas impulit anguſtias, vt in defenſionem ſui ipſius in filium produceret exercitum. Aduertit primò Spiritus S. veniſſe Dauid in locum qui dicebatur *Caſtra*: Hebraicè: *Manahim.* Erat hic locus celebris, in quo magnus ille Iudæorū Patriarcha Iacob regreſſus in terram natiuitatis ſuæ exercitum offendit

2. Reg. 17. 24.

Angelo-

I. Multa iucunda in morte Abſalonis. Iterum. Gen. 32. 2.

Angelorum, ſibi ſubſidiarium: vnde & loco congrium nomen impoſuit: *Manahim* id eſt *Caſtra.* Hoc in loco tres ſtatuit Dauid exercitus: vnum Ioab commendauit, alterum Abiſai, tertium verò Ethai Gethæo, turmarum ſuarum Imperatoribus. Hoc expendamus; quòd in eodem loco, in quo militiæ cœleſtis conueniunt exercitus Iacob filio parentibus morigero auxiliares, omnes terræ legiones coadunentur & in filium conſpirent Abſalonem parenti refractarium, Deinde ſicut ille in ſui propugnationem defenſores habet Angelos, ille ex oppoſito in ſui certum omnes interitum eſſe creaturas.

Secundū.

50 Secundò notat Spiritus Dei: quòd exercitus Dauid prœlium commiſerit contra exercitum Abſalonis in ſaltu Ephraim; Audiamus S. Scripturam belli euentum referentem: *Et factum eſt prœlium in ſaltu Ephraim, & caſus eſt ibi populus Iſrael ab exercitu* Dauid: *factaque eſt plaga magna in die illa viginti millium. Fuit autem ibi prœlium diſperſum ſuper faciem omnis terræ & multo plures erant quos ſaltus conſumpſerat de populo, quam hi quos vorauerat gladius in die illa.* 2.Reg.18. 6.

Mouent hæc verba difficultatem, tam quoad veritatem, quàm quoad intellectum. Quantum ad veritatem, videtur enim illi repugnare, quòd commiſſum ſit prœlium in deſerto Ephraim: eo quod ibidem declaret textus, quòd fuerit *trans Iordanem*: ibi enim erat locus *Manahim*, deſertum autem Ephraim ex alia parte milliaribus multis diſſitum. Quantum ad intellectum; quid ſignificat, quòd multo plures ex militibus Abſalonis ſaltus conſumpſerat, quàm gladius exercitus Dauid cædendo trucidârat? Num forte manus ſunt ſaltui ad occidendum? Admiranda hic noſter Cardinalis exprimit ſacramenta: qui notat nomen hic Ephraim, non eſſe proprium loci alicuius, aut regionis nomen, ſed appellatiuum, quod augmentum ſignificat q.d. *Commiſſum eſt prælium in ſaltu Ephraim* id eſt in deſerto augmenti. Obijcies grauiorem hoc mouet quæſtionem, minuſque intelligo: quid ſignificat ſaltus augmenti? non capio. Reſpondet Caietan. quod etiam notat Lyran. ex ſententia Hebræorum: magnum accidiſſe miraculum. Copioſiſſimus erat Abſalonis exercitus: vt enim ſcriptura teſtatur: *Toto corde vniuerſus Iſrael ſequitur Abſalon.* Dauidis autem paucis conſtabat militibus, atque in tres turmas diſtractus. In ipſo autem feruore prœlij in ſaltu Ephraim auctus eſt, creuitque exercitus Dauid, millenis concurrentibus animalibus, leonibus, vrſis, ſerpentibus, quorum ibidem multus verſabatur numerus; omnia verò ſe Dauidis exercitui coniunxerunt, quibus multiplicatus eſt nimis: *Ex multiplicatione animalium nominata videtur ſylua illa: ſylua Ephraim ab augmento* (inquit Caieta.) Hoc quoque nobis ſuggerit vis textus Hebraici, qui legit: *Et multiplicauit ſylua ad vorandum populum præ iis, quos vorauit gladius in die illa* (id eſt.) *Sylua multiplicauit feras ad vorandum milites Abſalon, vagantes per ſyluam.*

2.Reg. 15.

Hinc quoque lucem accipit, quod in textu additur: *Multo plures erant quos ſaltus conſumpſerat de populo, quam hi quos vorauerat gladius:* qui namque ſæuiori bello aggreſſi ſunt Abſalonem, eiuſque exercitum, non hi fuere Dauidis milites, non eius duces, ſed ferocia ſaltus animalia: ſuadet etenim æquitas, vt illa omnia leges ſequantur naturæ, exurgant, crudoque bello & ſanguinolento prœlio filium aggrediantur, qui legem infringit adeo obligatoriam; nempe colendi parentes, & leones, tigrides, ſerpentes, viperæ, cæteraque animalia ſuum in filium patri periurum furorem explicēt, quem poſſunt atrociſſimum. Si vulgatæ noſtræ lectionis emphaſim intendamus, addere poſſumus, quod arbitror eueniſſe: *Multo plures erant, quos ſaltus conſumpſerat de populo, quam hi quos vorauerat gladius.* Sic ſe res habet, quod ſe Dauidis legionibus feræ aſſociarint deſerti, quibus vehementer excreſcebat, attamen fuit & aliud quid maius, quòd nedum feræ ſaltus, ſed & ipſe ſaltus in Abſalonem ſurrexerit, *Saltus*: q.d. quòd ipſe ſaltus in filium pertinacem ſurrexerit aduerſarius, fortiſſimos emittens lapides, quorum non paruus ibidem erat cumulus, in exercitum, militeſque Abſalonis.

Præceperat Deus refractarium parentibus filium lapidibus obrui? *Lapidibus eum obruet populus ciuitatis:* vt ipſi duri lapides rebellem filij punirent pectoris duritiem. Non eſt quiſquam in deſerto qui illos emittat, ipſum illos eiubrat deſertum, & ipſi lapides in tantam inſurgunt inobedientiam: hoc quippe conueniens eſt nato ſupplicium, qui rebellis in patrem inſurgit, vt ipſi lapides in illum inſurgant patris iniuriæ vindices, quòd ſi hominum brachia deficiant, non deſint Angelorum, aut ipſius naturæ, ab ipſo ſuo auctore permotæ, vt ipſa ſit, quæ vices ſuppleat lapidantium. Hoc eſt: *Multo plures erant, quos ſaltus conſumpſerat.* &c. 51 Deut.21. 21.

Tertium diuinum expendit eloquium, quod caſu illo contigit lamentabili quòd infelix fugiens Abſalon, mulo ſedens, ipſo ſub denſa ingreſſo quercu, ramis arboris implexus ſuſpenſus Tertium.

hæreret immobilis, ita vt mulus furijs agitatus ſpatioſè tranſiens ipſe crinibus affixus tibias motans, quercui ſuſpenſus inhæreret ſic vt nec ſibi ipſi poſſet opitulari, & cum ibidem tanto hæreret tempore, vt miles illum ſuſpenſum contuitus, tempus habuerit eundi ad Ioab, eumque eorum quæ fiebant reddendi certiorem, Ioab quoque veniendi, tribuſque lanceis confodiendi, nec vnus ex eius fuerit militibus, cum eſſent innumeri, qui propius accedẽs crines impexos diſſolueret, ſuſpenſumque liberaret. Ne dixeris (inquit D. Chryſoſt.) hæc caſu contigiſſe, vel incuriæ deputandum humanæ: ſed diuiuæ iuſtitiæ adſcribendum conſilio: *Non fuit humanæ induſtriæ, ſed diuini iudicij*. Iuſtiſſimum fuit, vt capilli capitis filium ſuſpenderent, qui cum velut capillus eſſet qui de ſuo patre naſcitur, ſicut de capite ipſe illũ capillus apprehendat: & arboris ramus tranſeuntẽ intricaret quandoquidẽ filius, qui eſt inſtar rami à patre prodiens patrem bellis intricare non erubeſcat: ſitque medius inter cœlum terramque ſuſpenſus, velut homo, quem nec cœlum patitur, nec vult terra ſuſtinere: nec non cœlum deſit & terra omneque ſeruandæ vitæ remedium illi, qui rebellis in eum arma mouet, cui vitam acceptam referre debuiſſet.

*Pſal. 7. 17.* D. CHR. *In Pſa. 7. in illud: Conuertetur dolor eius in caput eius. Tom. 1.*

Quartũ. Quartum ait, quòd lanceis transfixum Abſalonem, eiuſque corpus de quercu in terrã projectum, in prægrandem demerſerint foueam: *Tulerunt Abſalon, & proiecerunt eum in ſaltu in foueam grandem, & comportauerunt ſuper eũ aceruum lapidem magnum nimis.* Paulò ante diximus, præcepiſſe Dominum contumacem parentibus filium à populo lapidandum licet equidẽ, vt diximus plures ex militibus Abſalonis lapidibus obruti corruerint, ipſo deſerto lapides cribrante ipſe tamen nequaquam: cum autẽ tunc lapides nulli eſſent, qui pertinacem viuum præfocarent, in illum iam mortum lapides inſurgunt, idque tanto numero, vt in cadauer eius glomeratim irruant, fiatque cumulus magnus vehementer: *Aceruum lapidem magnum nimis*, vt recalcitrans nouerit filius, quod ſi nullus ſit, qui viuentem lapidibus pro perfidia interimat, in eum iam mortuum vindices inſurgent milleni de montibus lapides, tantò numero vt vires illi ſint defuturæ, quibus exſurgens liberetur, fouea ſepultus infernali.

☞ 52 Quintũ. Tandem expendit S. pagina, quòd viuens Abſalon, ſtatuam ſuam ſeu columnam erexit, in perpetuam nominis ſui memoriam, idque hoc fecerit, eo quod filios non generaſſet, in quibus nominis ſui perpetua viueret memoria: *Porro Abſalon erexerat ſibi, cum adhuc viueret, titulum qui eſt in valle Regis: dixerat enim: non habeo filiũ, & hoc erit monumentum nominis mei.* Quod textus ſcribit: *Erexit in titulum*, ſcribunt alij: *Erexit ſtatuam*. Et conuenit illi quod narrat Ioſephus: ſtatuam hanc fuiſſe marmoream nominis ſui memoriale perenne. Quando quis gennit filios, alijs non indiget ſtatuis: in illis perſonam ſuam nomenque conſeruat, vt ait Sapiens. At ſterilis filios non habens, in ipſis ſtatuis ſui cõſcribit monumentum. Hoc igitur egit Abſalon. Oritur hic difficultas: qua ratione dicere potuit Abſalon: *Non habeo filium*: Cum dixerat S. Scriptura, eum genuiſſe tres filios, & vnicam filiam? Dupliciter reſpondet Theodoret. Primò: verum eſſe quòd filios generarit, ſed patri exciderunt ipſo ſuperſtite, quia verò ſe filijs luxit orbatum, qui patris tranſmitterent ad poſteros memoriam, ſtatuam erexit. Et hoc noſtro perplacet Cardinali Caietano. Secundò: quòd ipſe ſibi perſuaſerit Abſalon, atque intellexerit: quòd filij ſui, vel modico viuerent tempore, iuueneſque morerentur, aut ad ſui nominis & honoris non ſufficerent conſeruationem, quinimo illi ipſi futuri eſſent, qui patris eraderent dignitatem, de hoc enim vix vllus dubitat, quin filius calcitroſus, & in patrem iniurius, filios non ſit habiturus morigeros, parenteſque reuerentes: ſed quòd in ipſum inſurgent, patrem bello laceſſent, nomen extinguent, famamque denigrabunt. Sicut enim prœmium datur obedienti filio, vt & ipſe tales progeneret, qui patris ſint deliciæ, lumen oculorum, baculuſque ſenectutis: *Qui honorat patrem ſuum iucundabitur in filijs*. ita meritũ eſt contumaci ſupplicium, vt & ipſi filij patri ſeruiant carnifices, qui eum & excrucient & perdant, & de hominum deleant memoria. En tibi quàm ſtricta ſit filiorum obligatio. Equidem aptè Saluator (inquit D. Chryſoſtom.) huius præcepti declarat vinculum quandoquidem duas illas ſententias diuinæ legis poſuerit, primam: *Deus dixit: honora patrem tuum & matrem*. Alteram: *Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur.* Huius vim attende ſententiæ: quid leuius committere poteſt in parentes, filius, quàm ex ſubita cholera verbo quodam parentes acriori contriſtare? Mandat nihilominus Deus, qui maledixerit patri vel matri lapidibus enecetur. Si tam ſeuero vult puniri ſupplicio, eum qui vel verbo parentes irritarit, quo precor mulctabitur, qui manuum ſuarum motibus offenderit? Et qui parentibus operibus defuerit, neceſſaria non tribuens, hoc modo illis adimendo

*Reg. ca. 8. 18.* *Eccli. 4. 19.* *Li. 2. Reg. 1.* *In cap. 15. Matt.* *Exo. 20.* *Exo. 21.*

D. Ambr. Eccl. 34. 26. do vitam, ex regula D. Ambroſij: *Si non paniſti, occidiſti?* Ex ore quoque Spiritus S. *Qui auſert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximum ſuum.*

**§. 17. Vos dicitis: munus, &c.** *Illa Deo ſunt accepta ſacrificia, de quibus diuina ſua lex decernit; vnde illorum Deo non erant accepta.*

53 NOn ea tantum de cauſa iniqua erat illa traditio, quòd contra debitũ parentibus honorem militaret, ſed & ſacrilega, quia & diuino honori non mediocriter derogabat, cuius obſequium aſſumebant in ſuæ pallium auaritiæ; ſitiebant illi filiorum ſibi conquirere facultates: quo titulo hoc facerent, ignorabant, niſi illo honoris Dei, docentes vt illa in Dei dicarent obſequium, quæ parentibus eſſent aſſignanda: ſicque in eorum vergerent vtilitatẽ. Ita vt ſuam religionis pallio tegerent impietatem: quaſi Dei hæc eſſet voluntas, hoc eius præceptum, vt ſibi filij, debita parentibus, aliiſue, conſecrarent: aut ipſe tam auidus eſſet opum, vt lætaretur parentibus deeſſe, modò ea ſibi traderentur. Nullá vult Deus ſacrificia, nulla obſequia, quæ diuinæ ſuæ repugnant legi. Myſterioſa ſunt illa Dauidis verba: *Congregate illi ſanctos eius, qui ordinant teſtamẽtum eius ſuper ſacrificia.* (Pſal. 49. 5. — Quid ſit ordinare legẽ ſuper ſacrificia.) De ſanctis loquitur, quos Deus maximi facit, ſuoſque in iudicio ſtatuet aſſeſſores. Non omnes illi, quos ſanctos appellás Deo ſunt accepti, nec omnia opera, quæ ſancta proclamamus illi ſunt grata, ſed illa tantummodo, quæ ſuper ſacrificium legem ordinant, Deique teſtamentum: *Qui ordinant teſtamentum Dei ſuper ſacrificia.* Quid per hoc innuis? Intellige; ſuper quæ cadit ad bolidem lex Deique teſtamentum. Apertiùs, illi qui Deo ſeruiunt, eo quo ipſe in lege ſua, modo conſtituit: ſacrificium etenim contra Dei ſtatutũ ſanctum non eſt, ſed abominabile. Eleemoſyna ſacrificium eſt Deo pergratum. Sic enim teſtatur Apoſtolus: *Repletus ſum acceptis ab Epaphrodito ijs, quæ miſiſtis odorẽ ſuauitatis, hoſtiã acceptã, placentem Deo.* (Ad Phil. 4. 18. Eccli. c. 35. 4.) Spectat hic illud Spiritus S. *Qui facit miſericordiam, offert ſacrificiũ.* Vnde hãc D. Cypr. formauit concluſionẽ: *Quando quis miſeretur pauperis, Deo fœnerat; & qui dat minimis, Deo donat, ſpiritualiterque Deo odorem ſuauitatis ſacrificat.* (D. Cypr. lib. de oratione Dominica.) Attamen non eſt hoc acceptum Deo ſacrificiũ, niſi ſit ſecundum legem, quod ſi ad dandam pauperibus eleemoſynam, ab aliis prædo ſurripias, non vt ſacrificium acceptatur, ſed vt ſacrilegium reprobatur.

Vt opinor ſpectat propheta Rex id quod Ioſue ex Dei præſcripto peregit, ædificauit hic erexitque altare, vt in eo ſacrificia Deo litarentur, at hoc ſtatuit: *Scripſit ſuper lapides Deuteronomiũ legis.* (Ioſue c. 8. 32.) Nulla etenim eſt hoſtia, nullum ſacrificiũ, altare nullum, niſi illud quod eſt iuxta legis inſtitutum: Verò veriùs ad illud alludit notiſſimũ Regis Saulis facinus, qui offerre præſumpſit contra Dei præcepta ſacrificium: Cui cum iniunxiſſet, expreſſo mandato, vt internecione deleret quidquid eſſet in Amalec, nulli parceret miſericors, craſſiora ſeruauit armenta, pepercitque gregibus ouium melioribus, eo titulo, vt ex illis medullata Deo faceret ipſe ſacrificia. (1. Reg. 15.) Cum autem ab illo Deus ore prophetico Samuelis (II. Cur Saulis reprobatũ ſacrificiũ?) facti atque inobedientiæ exigeret rationem, cur Dei præceptum inobediens non impleſſet, ipſeque reſpondiſſet, vt haberet, vnde Deo pacificas offerret hoſtias, ait illi Samuel: Stultè egiſti: *Numquid vult Dominus holocauſta & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini?* (1. Reg. 15. 22.) Non ipſe his indiget victimis, non hæc ambit ſacrificia; Non ea vult Deus, quæ diuinis eius repugnant inſtitutis: hæc enim magis ſacrilegia reputat quàm digna ſacrificia.

54 Hoc ipſum Dominus declarare voluit, teſte D. Baſilio baptizandos inſtruens, quid illis ſit agendum, & illo poſterior D. Auguſtin. in eo quod Caino dixit, ex lectione Septuaginta, quam ipſe ſequitur: *Nonne ſi rectè offeras, male autem diuidas, peccaſti?* (Serm. de baptiſmo c. 8. p. 247. Lib. 15. de ciuit. c. 7. Gen. 4. 7.) Non ſufficit rectè offerre, hoc eſt, quod ſacrificium in veri Dei honorem nomenque conſecretur: hoc enim eſt (inquit) rectè offerre, ſed diligens (II. Si rectè offeras bene diuidas.) de hoc fiat examen, ac diſcutiatur, an proximi non repugnet charitati; ſicut Cain fratri ſuo repugnabat, illum vehementer, auerſatus, aut diuini alicuius præcepti transgreſſione maculetur: hoc enim nemo ſanus dixerit eſſe ſeruire Deo, ſi aliquid ex vna parte faciendo in eius obſequium ex altera fiat quod eſt illi contrarium, aut diuinæ ſuæ legis diſpoſitioni refractarium.

Diſputat rex Dauid de diſpoſitione qua debitè accedẽdũ eſt ad altare, ad Deo victimas offerendas vt diuinæ gratæ ſint maieſtati: Dicit igitur: „*Lauabo inter innocentes manus meas, & circuibo altare tuũ Domine.* (Pſ. 25. 6.) Altare circuitur, vt hoſtiæ Deo immolentur, & vt liquidò conſtet, quòd, vt à Deo ſacrificium acceptetur, neceſſe

ſit„

IV. Debita præparatio hoſtias immolantis.

ſit immundis hoc nequaquam offeratur manibus,iis,inquam, immundis operibus quibus Dei lex infringitur,idcirco ait, quòd priuſquam circumdem altare ad offerendum ſacrificia,velit, vt id fiat cum puritatis manuum certitudine: *Lauabo inter innocentes manus meas.* Quando verò de hac ſecurus ero munditie, ſubiungit: *Et circumdabo altare tuum Domine.* q. d. Tunc ô Domine, tuum circumibo altare, tibi victimas offeram, quæ quo tibi ſint acceptæ, manibus immundis ex operibus contra iuſtitiam, aut diuinæ legi contrariis offerri ſciò poſſe neminem.

Spectare credo Dauidem illam Domini de ſummi Pontificis veſtimentis diſpoſitioné. Præcepit Deus tunicas Summo fieri Sacerdoti, cuius muneris eſt offerre ſacrificia. Prima veſtis eſt,*Tunica linea & ſtricta*, ad formam induſij, quæ vſque ad pedes protendebatur ex lino mũdiſſimo nullis omnino ſordibus inquinato. Et quod S.textus addit: *Stringeſque tunicam byſſo.*

Exod. 28.4.

Legunt alij: *Oculabis id eſt oculis diſtingues.* Ita legunt multi Rabbini, Salomon, Abraham & plerique alij: vt aduertunt Vatablus & Lypomannus: iuxta verò hanc ſententiam, intelligo tunicam hanc debuiſſe contexi ex lino mundiſſimo, eo modo quo mappæ fiunt Damaſcenæ ſeu ſcutulatæ quæ picturis, diuerſiſque figuris luxuriant: ſignificat autem totam illam tunicã plenam eſſe oculis figuratis: *Oculabis*. Licet autẽ dicat Ribera quòd ſibi iſta non placeat tranſlatio, cum nullum ex ea, ſequatur inconueniens,non erit incongruum, ſi conformiter illi tranſlationi, locum illum ad rem noſtram exponamus. Sacerdos, vt Domino Deo noſtro ſacrificium offerat, primò: ingrediatur oblaturus tunica linea, mundiſſimaque indutus,quo ſignetur, quòd totus accedere debeat ſanctitate veſtitus,virtute,mentiſque puritate candidiſſimus: abſque illa namque cœlo acceptum non eſt ſacrificium, præterea ipſi æqua ſit:nihil enim in ea non iuſtum eſt inueniri. Porro quod præ cæteris excelit myſterium,hoc eſt. Sit tunica plena oculis, quo declaratur, perfectam nullam eſſe ſanctitatem, niſi oculis diſtinctam ad ſanctitatis namque integerrimam conſeruationem,quæ ad ſacrificij requiritur, oblationem, mille opus eſt oculis,in videndo,audiendo,loquendo, cunctis denique ac quibuſlibet in actionibus milleni aperiendi ſunt oculi vt in illis omnibus rectitudo fulgeat, & diuinæ legis obſeruantia commendetur,deinde perfecta ſanctitas,Deum, proximum & teipſum reſpicit, nec vnum ſine altero ſufficiet intueri:nõ enim perfecta dicitur eſſe ſanctitas, Deo dicare, & nec ad parentes attendere, ſeu ad id quod tibi in ordine ad illos præcipit; vt Deus acceptum tuum habeat ſacrificium,ab omni tibi eſt parte contuendum, reſpiciendus eſt Deus,tu ipſe,proximus tuus, tempus, occaſio & cætera.

V. Sacerdotis linea tunica quid ſignificet.

Tract. de tēp. l.3.c.7. p.157.

V. Sacrificia debẽt diuinæ legi eſſe conformia.

Secundum hæc igitur, quando bonum proponis opus ad Dei peragere honorem, aliquod illi conſecrare ſacrificium, attende primò, num diuino alicui non ſit repugnans præcepto: illa etenim legitima ſunt obſequia, quæ diuinæ ſũt conformia voluntati, & inſtitutioni. Ex his commendatur ſupremum hoc ſacrificium,à Chriſto Domino oblatum,vt ipſe declarat ore prophetico Dauidis,ponderatque D. Paulus: *Sacrificium & oblationem noluiſti aures autem perfeciſti mihi.* Præclaris hæc verba redundant myſteriis. Venit Redemptor noſter cum perfectis auribus, hoc eſt, perfectiſſima ad Patrem ſuum æternum clarus obedientia,ita vt eius ſacrificia, eius obſequia deberent ea eſſe, quæ ſemper in capite præcurreret paternæ legis obedientia. Hoc clariùs explicat alia lectio. *Aures autem perforaſti mihi.* Illam memorans ceremoniam à Deo ſtatutam, quam voluit obſeruari in eo qui ſe ad perpetuam obligabat ſeruitutem, nempe vt illi aures fibula perforarentur: *Tunc dixi, ecce venio, in capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Quis eſt ille liber? quod illud libri caput? Multa congerunt ſancti: verumtamen aptam vobis profero interpretationem: Oblaturus adſum tibi ô Pater ſacrificium diuinæ tuæ maieſtatis oculis acceptiſſimũ. Ad hoc, id quod primo loco,teneo (*In capite libri*) tua eſt lex diuina: quia quidquid acturus ſum, illi adeo in omnibus conueniet, vt nihil de corde meo, nec voluntate meo ſit proceſſurum, niſi quod tuæ per omnia ſit voluntati conformatum: quamtumlibet enim ex vna parte bonum appareat opus, ſi tamen ex altera in aliquo legi tuæ contradicat diuinæ,tibi non eſt acceptabile ſacrificium,ſed deteſtabile ſacrilegium. Deo nõ placet, quòd ſalutis proximi curam ſuſcipias, mentiendo & multò minus periurando, & nec ſimiliter tu Domina tuis vt intendas deuotionibus, iis deficiens quæ viri tui ſunt, curamque deſerens male deuota familiæ.

Pſal.39. & Heb.10.

Deut.15.17.

§.18.Exe-

*§.18 Exectranda ſunt illa, cum præiudicio tertij ſacrificia, & eorum qui ædificant Hieruſalem in ſanguine.*

HOc Deus expreſsè declarauit, ſe nullum acceptare ſacrificium, cum præiudicio tertij. [Lib. 3. Reg. c. 7. Epiſt. 16. ad Syagrium ep. alios Epiſcopos.] Diuinæ ſunt planè proteſtationes quas exore ſapiẽtis intelligimus, & egregiè ponderat D. Greg. Hæc Dei mens eſt, illi ſeruiamus, & acceptas dedicemus oblationes. Vt autem in hoc non à recto tramite deuiemus, exponit nobis: quæ gratæ ſint illi, quæ non gratæ quas recipiat, quaſque execretur. Primò ſupponit, accepto ſe habere ſacrificia, vultque ea ſibi offeramus, & toties repetitum in lege diuina producit [Eccl. 35. 6.] illud: *Non apparebis ante cõſpectum Domini vacuus. Oblatio iuſti impinguat altare, & odor ſuauitatis eſt in conſpectu Altiſſimi.* Deinde ſubiungit, vt Deo ſit acceptum ſacrificium, ex corde bo o, perfectaq; requiritur procedat intentione, hanc etenim [Eccl. 34. 8.] Deus intuetur: *Spiritus timentium Deum quæritur, & in reſpectu eius benedicetur.* Hæc die Cinerum latiùs explicauimus. Addit inſuper, vt Deo perfectè tuæ placeant oblationes: neceſſe eſt vt ſis [Eccl. 31. 23.] in Dei gratia, nam *Dona iniquorum non probat Altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine ſacrificiorũ, eorum propitiabitur peccatis.* Proinde, dum opus aliquod aggrederis ex ſe bonum de hoc prima ſit ſollicitudo, vt de peccatis excites contritionem, ſiſque in gratia & amicitia. Quando condere lubet teſtamentum, piaſque ſcribere legationes, vt ex integro diuinæ placeant maieſtati: peccata prius diligente confeſſione expiare contendito. Verumtamen in particulari clariùs exponit quæ deteſtanda ſint ſacrificia, ea nempe omnia quæ cum diſpendio tertij Deo deferuntur: [Eccl. 34. 21.] *Immolantis ex iniquo, oblatio eſt maculata, & non ſunt beneplacita ſubſannationes iniuſtorum.* Qui ſacrificium immolat ex facultatibus quas vſuris iniquiſque contractibus pauperi ſurripuit fœnerator: *Immolans ex iniquo*, nequaquam Deo placet, ſed nec *Subſannationes iniuſtorum.* Hoc nomine comprehendit oblationes, quas offert iniquus ex eo quod fur alijs ſuſtulit: ſicut tu, vt deriſum & ſannationem haberes, ſiquis tibi in prandium pararet, offerretque ea quæ iniuſto tibi modo latro ſuſtuliſſet.

[D. Greg. Lib. in-dic. 2. Ep. 110.] Diuino motus zelo reprehendit acriter quoſdam Epiſcopos Diuus Gregorius, qui pecunijs corrupti quoſdam ad ſacerdotium promouebant, eo nomine, quòd ea ſic ſumpta pecunia quorumdam monaſteriorum fabricis vtiliter impenderetur: in quibus ſyncero corde colitur Deus: & tam bono operi promouendo non modicum cenſebatur eſſe ſubſidium. Lubet ipſum audire Pontificem: *Ne ergo ſub obtentu eleemoſynæ cum peccato aliquid ſtudeamus accipere: aperte S. Scriptura nos prohibet dicens: Hoſtia impiorum* [Prou. 21.] *abominabiles, quia offeruntur ex ſcelere. Quidquid enim in Dei ſacrificio ex ſcelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam, ſed irritat. Huic rurſus ſcriptum eſt. Honora Dominum de tuis iuſtis laboribus. Qui ergo male tollit, vt quaſi bene præbeat, conſtat ſine dubio,* [Prou. c. 3.] *quia Dominum nõ honorat.* Ad cuius euidentiorem confirmationem illam S. Spiritus ſententiam enucleatiùs explicat. *Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. Quantus autem dolor patris ſit, perpendamus, ſi in eius conſpectu* [Eccl. c. c. 39.] *filius victimetur, & hinc facile cognoſcimus, quantum apud Deum dolor exaſperatur, quando ei ſacrificium ex rapina tribuitur.* Perpende (proſequitur D. Gregorius illa interpretatus verba) quo ſuſciperet, Rex animo munus, ſibi ab altero delatum, capitis proprij filij. Si ferox quis [Lib. 7. Epiſt. Ep. 110.] accurreret. Principem apprehenderet, corde ſanguinem veniſque extraheret, quem regi patri barbarus offerret, de quo ferret hoc rex animo? Pari igitur mente ſuſcipit Deus, quòd ad-ſis, & pauperis immitis nimis exſugas ſanguinem cor illi vitamque adimas: hæc quippe illa eſt exigua quâ viuit, fortuna; & inde poſtmodum prægrandes exſtruis Eccleſias, ſacella erigis opulenta, bonorum operum fundationes condis eminentes.

Notat D. Anaſtaſius Nicenus Epiſcopus crediſſe D. Iſidorum in tales hæc Dei inflicta fuiſſe terriculamenta: [Lib. qq. in S. Script. habetur. Tom. 1. Biblioth antiq. patrum fol. 46.] *Væ, qui ædificat Sion in ſanguinibus & Hieruſalem in iniquitate.* Non queritur Deus exſtructa lupanaria, non prophana, non ludos, non theatra obſcœnis repræſentationibus, non circos gladiatoribus. Hæc enim pluribus ſunt damnata nominibus, ſed ædes ſacras, per Sion & Hieruſalem indicatas: vt ſciant qui eas [Mich. 3. 10.] cum damno proximi, pauperumque ſanguine ædificant, quod nedum Domino non grata futura ſint & nullâ mercede digna reputabuntur, ſed & inſuper illa execrabitur, grauiterque caſtigabit. Addit præfatus D. Anaſtaſius, Epiſcopum de magnifico extructo reprehendit ſacello: [D. Anas. Nicen.] *Extruis vt aiunt in Peluſio Eccleſiam, ædificijs quidem, & & molitionibus præclaram: malam autem ſtultitijs, iniurijs, pauperumque oppreſſionibus, & ſump-*



Oooo tibus

*tibus quod nihil aliud eſt, quam ædificare Sion in ſanguinibus* &c.

Epiſt. 37. ad Euſebium Epiſcopum Pelaſiniũ.

Vt autem hoc intelligas, verbis illis, quæ declaramus, ſuperaddit Spiritus S. *Panis egentium vita pauperum eſt, qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt. Qui aufert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximum ſuum. Qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit mercenario fratres ſunt.* Quæ offerũtur oblationes, ab eo qui non præſtat id ad quod tenetur operatio, nec reſtituit ablata pauperibus, nõ alteri ſoluit, quod illi debet ex iuſtitia, perire permittit pauperculam viduam, quæ coram ipſo deficit, morique pupillum panis fruſtro fruſtratum, Deo ſunt execrandæ, ſacrificia ſunt cum iactura proximi, & ſanguine pauperum. Caue tibi (præcauet Spiritus S.) tales offerre hoſtias, caue ne talibus ad Deum confugias ſanguiſuga ſacrificijs: *Noli offerre munera praua, non enim ſuſcipiet illa, & noli inſpicere ſacrificium iniuſtum, quoniam Dominus iudex eſt.* Optimè vocat illa ſacrificia iniuſta: quia cum proximi offeruntur detrimento. Nec vult Deus illi quod offeras, iniurius proximo: *Quoniam Dominus iudex eſt.*

☞ 56 Eccl. c. 34. 25.

Eccl. c. 35. 14

Perpendit ad amuſſim D. Cyrillus Alexandrinus Dei ſingularem adeò curam de ſignandis auibus veſci licitis qualeſque mundæ, qualeſue abominabiles ad ſacrificia cenſerentur, immundas nulla de cauſa comederent, reprobat igitur aquilam, accipitrem, coruum, miluum, ibidem, porphyrionem, cygnum, pellicanum, ſtruthionem, aueſque alias. Vtquid illas ô Domine de tuis procul eliminas ſacrificijs, imo & communi menſa exterminas? Hoc ex intento diſputant Doctores, eorumque citat ſententias doctrina non vulgari Theologiæ & Philoſophiæ ſol illuſtriſſimus D. Thom. verumtamen, modo nobis opinio conuenit D. Cyrilli: Scis quare? Quia omnes illæ volucres ſanguine vitâque paſcuntur alienâ, paſſerũ ſcilicet per aëra volitantium, & piſciculorum per fluenta natantium: *Aquila, accipiter &c. in auiculas feruntur. Ibis, porphyrion, pellicanus & cygnus piſces inſectantur.* Hoc autem modo (loquitur Diuus Cyrillus) ſymbolum ſunt eorum qui diſpendio, ſanguinis, vitæ, & facultatibus aliorum propriam tuentur vitam, ſuaque quærunt Deo dicare ſacrificia. Deteſtabiles erunt illi: renuit enim Dominus acceptare ſacrificia, quietis, ſanguinis, vitæque proximi pretio conquiſita.

I. Cur aues quædam immundæ.

1. 2. q. 102. ar. 6. ad 1.

D. Cyr. Alex. Lib. 14. de Adorat.

Mirantur omnes figuram à Domino Moyſi traditam altarium ſacrificiorum. Præcipit illi erigat altare ſupremis litandis ſacrificijs, nempe holocauſtis: iniungit quoque, ad latera altaris annulos componat, vt per illos vectes tranſmittantur, efficiatque altare, velut loculus vt ambabus manibus dextera & ſiniſtra deferretur, ita vt manibus correſponderet: *Facies & vectes altaris de lignis Setim duos, & induces per circulos, eruntque ex vtroque latere ad portandum.* Idem de thymiamatis altari diſpoſuit, vt oſtendat, illa ſibi perplacere ſacrificia, in quibus ita ſibi conueniunt amor Dei à dextris, vt non deficiat amor proximi à ſiniſtris; nec omittendum id quod ex debito faciendum eſt, nec proximo facienda iniuria, vt Deo ſatisfaciat.

Exod. c. 27. 6.

Nec minori dignum conſideratione ſancti regis Dauidis opus, & rationes quas dedit ſibi proprias, & nobis reliquit ad inſtructionem. Præcipit illi Angelus erigat altare in area Ornan Iebuſæi viri ditiſſimi in qua ipſe quatuor aſſociatus filijs triticum bonum terebat adiutorio. Accedit Dauid, obſecrat, ſibi vendat aream, vt in ea Domino erigat altare offerendis ſacrificijs, & hoſtijs placationis. Cui Ornam, ad hoc, inquit: gratis aream tibi concedo, & illam in locum, & lapides in altare, & boues in ſacrificium, & plauſtra in ignis fomentum, triticum in oblationes omnia ſic tribuo, vt nemo libentiùs: *Omnia libens præbebo.* Replicat Dauid: *Nequaquam ita fiet, ſed argentum dabo quantum valet: neque enim tibi auferre debeo, & ſic offerre Domino holocauſta gratuita.* Aream igitur accepit iuſtum pro ea ſoluens pretium, *Siclos auri iuſtiſſimi ponderis ſexcentos;* licet ſoluere promiſiſſet in argento: Non enim tibi auferre debeo quæ Deo conſecrem, nec illa diuinæ ſapiunt maieſtati. Quod ſi ea quæ gratis Dauidi offerebantur noluit Deo holocauſtum dedicare; remque hoc eſſe iudicet parum honeſtam, & quaſi iniuſtam: quid erit, ex iniquo, alijſque debito, & eo quod contra eorum aufertur voluntatem ipſis neceſſitatem patientibus, dicare ſacrificia? *Noli inſpicere ſacrificium iniuſtum.*

II. Cur Da[illegible]

1. Par. 21.

Eccl. 35. 15.

Hoc explicatiùs liquet eo, quòd Sapiens in ſceleribus perpendit nationis illius prauæ Chananæorum & Amorrhæorum, quibus Dei vindictam ſibi prouocarunt, ob quas ſuis perfidos eliminauit ſedibus terriſque profligauit: *Illos antiquos inhabitatores terræ ſanctæ tuæ quos exhorruiſti: quoniam odibilia opera tibi faciebant* quæ precor, erant opera illa, quæ tam ſingulariter notat Salomon? Addit: *Per ſacrificia iniuſta.* Hoſtias offerebant iniuſtas. Quæ tales? Dijs ſuorum ſanguinem filiorum & corda conſecra-

Sap. 12. [illegible]

ſecrabant; qua de cauſa illos occidebant natici-dæ. Quis nõ ſtupeat, non hoc ponderare Deum, quòd ſacrificia ipſis litarent dæmonijs non ſine
III. maxima Dei ipſius iniuria, tamque graui illorum peccato, ſed hoc quod offerrent ſacrificia cum innocentis ſanguinis diſpendio, puerulos trucidantes innocuos; vt oſtendat, hoc illum quam vehementiſſimè moleſtare. Abſit, vt velit hoc Deus, tu, qui iudicem, agis, ita te des orationi, vt negligas videre, terminumque imponere proceſſibus pauperem mille anguſtijs diſtortum, ſumptibus exhauſtum in tempora multa procraſtinans: non admittit Deus, ô Domina, quod toto die templis inſideas, mariti tui tarda ſeruitijs, & obligationi minus intenta familiæ. Non Deo noſtro ſatisfacit multa fundare mortuorũ anniuerſaria, ſi filias tuas interim nulla collata matrimonij dote perdendæ exponas periculo caſtitatis. Non quod Eccleſijs impertes, domus tuæ, & vicinorum obligationi inſufficiens: habes Spiritum S. hoc tibi proteſtantem: *Sacrificium ſalutare eſt attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate* &c. *Beneplacitum eſt Domino recedere ab iniquitate.* En tibi ſacrificium, quod à te flagitat Deus, ſanctam ſuam obſeruare legem nec mali quidquam operari *Attendere mandatis*, Cuius aduectit rationem. Quidquid à te repoſcit Deus, hoc eo ſit intuitu, vt eius obedias voluntati: hæc ſuis in legibus exponitur manifeſtè, proinde in tantum Deo placebis vehementiùs, in quantum eius ſeruaueris præcepta diligentiùs. *Hæc enim omnia* (inquit) *propter mandatum Dei fient*. De quo D. Chryſoſtomus tractatum edidit. Si cuncta quæ feceris in Dei obſequio, deſtinanda ſint ad legis eius obſeruantiam, tu videris, qua ratione illi arridebunt ſacrificia, qui ipſa Dei mandata contumax præuaricaris. Tu videris, quo animo illi ſedebunt oblationes, quas illi filijs præſcripſerunt, vt offerrent, diuinæ legis de honorandis parentibus tranſgreſſores? ſi non admittat cum damno tertij, tu videas, qua fronte filiorum accepturus ſit hoſtias cum propriorum parentum alimenti, vitæque detrimento. Hæc traditionum Phariſaicarum eſt merito repellenda peruerſitas: *Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei, propter traditionem veſtram!*

§. 19. Honora patrem &c. *Primus licet creditor ſit Deus, vult nihilominus priùs Cæſari ſoluatur, & ſicut Leo Valentiæ primum locum cedit catello.*

HÆc eſt Dei voluntas, vt illis primo ſatisfacias, ad quæ vel ex iuſtitia vel ex charitate vel tui ſtatus præſcriptis obligaris: & his peractis ex ijs quæ tibi ſuperſunt, proximo iuxta exigentiã rei diſtribuas. Aliquoties ſubſtiti in illa reſponſione, quà Dominus Phariſæos retundit, 58
quando aſſociatis ſibi Herodianis, ea mente vt illum caperent in ſermone, percunctati ſunt, an licitum eſſet tributum dare Cæſari, vel non; fuit autem hæc reſponſio adeo diuina vt ipſos aduerſarios tẽtatores, eius emphaſi ſummo perfunderet rubore, nobis autẽ præclaram traderet inſtructionem ipſo verborum ſuorum ordine. Date mihi, inquit, numiſma, quo vectigal ſoluitur: *Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? Dicunt ei: Cæſaris:* Sit Matt. 22. 21.
hæc igitur firma concluſio: *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.* Attende Dñe his, quæ dicis, videris enim ordinem peruertere: Vter prior eſt Deus aut Cæſar? An non ſtrictiori tenemus Deo quam Cæſari obligatione: Tu ipſe dixiſti: hoc eſſe primum & maximum mandatũ: Matt. 22. 27.
*Diliges Dominum Deum tuum*: Secundum autem amorem includit proximi, qui poſt Deum & per Deum amari præcipitur. Cur igitur cum de ſoluendo agitur tributo, quod Cæſari Deoque ſoluendum præſcribitur, Cæſarem Deo definis præponendum? Hoc à te ſperabatur concludendum: *Reddite ergo, quæ ſunt Dei Deo, & quæ ſunt Cæſaris Cæſari.* Voluit ſupremus ille Magiſter docere nos, non ſolum hac concluſione nobis eſſe ſciendum, quod Deo, quodque Cæſar debemus, ſed etiam eo ordine verborum concluſionis, ordinem quem in ſoluendo tributum ſeruaremus. Si primo Deo, quæ Dei ſunt reddamus, quid reddendum Cæſari ſupererit? Omnino nihil. Quia quidquid habemus, Dei eſt, poteſtque quilibet illud Dauidis vſurpare, qui cum infinitos theſauros congregaſſet auri, argenti gemmarum, metalli, æris & ferri, conſtruendo Dei templo illi omnia Deo oblaturus, hac ſolemni orditur proteſtatione: *Tua eſt Domine magnificentia, & potentia, & gloria atque victoria, & tibi laus: cuncta enim quæ in cælo ſunt, & in terra, tua ſunt* &c. *tuæ diuitiæ, tua eſt gloria, tu dominaris omnium* &c. *tua ſunt, Domine, omnia, & quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi.* 1. Par. 29.

I. Ratio cur primo Cæſari ſit ſoluendũ deinde Deo.

Secundum hæc, ſi primò Deo redderentur, quæ Dei ſunt, væ Cæſari. Diuinam attende bonitatem: qui licet primus ſit creditor, & cui potiori titulo, debemus quidquid habemus, primus eſſe tamen non vult in accipiendo quod ſibi debetur: ſi namque hic ordo ſeruaretur, nihil alijs ſuperfluum eſſet, nec amor, nec cura, nec oculi, nec aures, nec facultates. Reddite (inquit Dominus) primum quod alijs debetis creditoribus ex iuſtitia & quod ſupererit, illis ſolutis, reddite Deo quod iuſtum eſt, ad quod illi reddendum obligamini: Et licet Deus primus ſit in actibus cordis, in quantum debet ſuper omnia diligi, nec poteſt aliquid à te peragi, quo illi deſis ſeu diuina eius mandata prætereas, quantum tamen exteriorum ſpectat ſolutionem debitorum; præſertim facultatum vult primò Cæſari principi tuo, proximo tuo, patri tuo, tuo vicino, & cuilibet alteri ſoluas, quod illi de iure, ſeu præciſa teneris obligatione: deinde muneris tui erit, Deo ex ijs quæ ſuperſunt, ſoluere, & quæ liberæ tuæ ſunt cõmiſſa diſpoſitioni.

☞ 59 Ordo charitatis. *Cant. 14.*

Eleganter hanc D. Bernard. proſequitur doctrinam, ſublimi ponderans Theologia, cœleſtis illud de ſponſo ſponſæ: *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Sumpſiſſe videtur metaphoram ab eo quod Rex facit cum viro debitis grauiſſimis onerato, qui, vt ordinatè in debitorum ſolutione procedatur: facultates expendit, earumque trutinat quantitatem, nec non ſingulos debitores; quibus rite perpenſis, præſcribit: huic in hoc primò ſatisfiat, alteri primò in alio alteri tertio loco &c. Duo dicit charitatis hæc facultas complectitur. Primum cordis affectum, quem amor accendit: Secundum, exteriorum operum effectum, ſine quibus friget charitas: *Operatur magna ſi eſt, ſi autem operari renuit, amor non eſt.* Ex hac amoris & charitate Deo debes & proximo ſicut in affectu cordis, ita & in operum effectu. Vtrumque amare, vtrique adeſſe operibus obſtringeris. Adeſſe Deo religionis actibus, orationis, confeſſionis, communionis, Miſſarum, ſtationum &c. Proximo verò ſoluendo quod illi debes, miniſtro qui tibi ſeruiuit, mercatori qui tibi confidit, parentibus, vxori, filijs, ſeruis &c. Ordinauit Rex ille cœleſtis charitatem in affectu cordis, & exterioribus operibus, præcipiens vt cuique ſatisfiat ordine licet inuerſo: *Ordinauit in me charitatem. Quam putas harum? vtramque ſed ordine oppoſito.* In effectu cordis primò ſatisfiat Deo, & omnia illi conſignentur: *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo;* ita vt alteri nulla detur eius pars nec parua nec magna, eius tantum ratione ſeu intuitu; ſed ſolus Dei: Nihil enim à nobis amandum præter Deum ipſum vel in ordine ad illum eiuſque intuitu. Vides hic ordinem charitatis in effectu cordis: *Diliges Deum propter ſe, & proximum propter Deum &c.*

III. Duo in charitate conſideranda. D. Bern. Ser. 50. in Cant.

In operibus autem exterioribus ordo eſt ſeruandus oppoſitus: vt primò debita ſoluas proximo: prius tuis ſuccurras opibus parenti inopiâ laboranti, vxori, filijs, famulis, miniſtris tuiſque ſoluas æs alienum creditoribus, quam Deo conſtruas Eccleſias, in illis feſta conſtituas &c. Primò neceſſitati ſeruias ægrotantium, qui tuæ committuntur ſollicitudini, quàm vacas orationi, primò Xenodochia collapſa promoueas, quàm ſacrificiũ. Et ratio deſumitur: ex diuerſis opũ tuorum reſpectibus: non enim Deus exterioribus indiget facultatibus, non pecunijs tuis, non pallio, non pane, domo, pro vt ipſe per regium prophetam proteſtatur: *Si eſuriero non dicam tibi &c. Neque manducabo carnes taurorum.* Quod autem à te flagito, cor tuum eſt: hic eſt nodus, hoc requiritur vt in te reſideat, ſua te impleat gratia, cuiuſque traditione ſupremum Dei fateare dominium. Tuo non indigent corde homines, ſed operibus, mercede, eleemoſynis, tuoque ſubſidio. Vnde ipſe Dominus Phariſæis reſpondens de affectu, & amore cordis, Deum præpoſuit Cæſari; dicendo: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde &c. Deinde proximum ſicut te ipſum.* Cum iiſdem de facultatibus diſſerens, operibus, bonisque exterioribus, præponit Deo Cæſarem: *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Expreſſit hæc ſtylo ſuo mellifluo Diuus Bernardus mirificis ad ſacram ſcripturam alluſionibus, illi præſertim alludens: *Erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi.* Nec non illud expendens quod pater familias procuratori ſuo præcepit, quoad ſoluendam mercem iis qui in vinea laboraſſent; ſcilicet: *Redde illis mercedem incipiens à nouiſſimis.* Vt autem mellifluis illis verbis, egregio præſtantem ingenio lectorem non defraudemus, eadem apponere non piget: *Actualis charitas* (eſt in operibus) *inferiora præfert, affectualis* (amor cordis) *ſuperiora. Etenim in bene affecta mente, non dubium quin dilectioni hominis, Dei dilectio præponatur, & in hominibus ipſis, perfectiores infirmioribus: Attamen in bene ordinata actione, ſæpe aut etiam ſemper ordo oppoſitus inuenitur. Nam & circa proximi curam, & plures occupamur, & infirmioribus fratribus diligentiori ſedulitate aſſiſtimus, & languoribus noſtri corporis, poſtpoſitâ animi curâ, pene cõtinuo inſeruimus, & ipſi*

*Pſal. 49.* *Matt. 20.* *16.* *D. Bern.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſit denique infirmioribus membris abundãtiorem honorem, iuxta ſententiam Apoſtoli, circumdamus, quaſi facientes verbum Domini: Erunt nouiſſimi*
1.Cor.12. *primi, & primi nouiſſimi. Orantem cum Deo loqui quis dubitet? Quoties tamen charitate iubente abducimur, & auellimur propter eos, qui noſtra indi-*
Matt.20. *gent operâ, vel loquelâ? Quoties pie cedit negotiorum tumultibus, pia quies? Quoties bona conſcientia ponitur codex, vt operi manuum inſudetur? Quoties pro adminiſtrandis terrenis, iuſtiſſime ipſis ſuperſedemus celebrandis miſſarum ſolemnijs? Ordo præpoſterus, ſed neceſſitas non habet legem. Agit ergo ſuum actualis charitas ordinem, iuxta patris familias iuſſionem, incipiens a nouiſſimis.* Hunc quoque Chriſtus ordinem ſeruauit incipiens & ipſe à nouiſſimo: *Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari*, &c.

60 IV. Historia de generositate leonis.

Hoc explicare conſueui in illo, quod Valentiæ contigit, dum ego in eodem celebri conuentu noſtro FF. Prædicatorum morarer adhuc adoleſcens: quod cum ſit adeo contra omnem ordinem, de quo Plinius, Ælianus alijque ſeniores auctores multa ſcripſerunt capita, non legi, quemquam eorum hoc ſuis ſcriptorum mandaſſe monumentis. Eſt autem ciuitas hæc illuſtriſſima, & quæ cunctis adſtipulantibus cum mundi totius certare poſſet nominatioribus. Hoc autem ad ſuæ nobilitatis præfert iactantiam, vt ſemper in regali Palatio (quod peramplum viſitur) leones alantur, in quorum alimentum opes & cenſus deſtinati ſunt ſingulares. Eo tempore, leo nutriebatur famoſus, comite leænâ, quæ ibidem & concepit & peperit quartum ſeu quintum catulum ſuperſtitem, qui omnes cum illis nutriebantur. Res auditu, viſuque rariſſima. Accidit vt die quodam illis catellum obijcerent deuorandum, quales multos qui ſpectatum veniunt obijciunt diſcerpendos. Vt leo vidit caniculum attentius illum intuetur, & ſuo modo dicere poſſemus, quod coram eo gratiam inueniſſet. Ex illo, nec leæna, nec catuli melitæum contingebant, quinimo tantâ leo cum catello familiaritate verſabatur, vt illi colluderet, & proſtratus in terra ventrem eius mulceret os ori coniungeret, quaſi cum ſibi ſimili iocaretur. Per annum hoc integrum (quantum recordor) omnibus ſpectantibus reique nouitatem admirantibus, perdurauit. Quodam verò die cum leo aliquò diſceſſiſſet, leæna inflicto catello vngue ſuo ipſum interemit. Aduolat leo furibundus adeo, vt altero quoque vngue iniecto leænæ, ipſam diſcerpſerit, quô viſô, catuli ſinguli partes ſibi naturales ſeu verenda detraxerunt, mortuique corruerunt, tantuſque mœror leonem inuaſit maſculum, vt omni cibo deinceps abſtinens paulatim interierit, ſicque omnes pariter ceciderunt. Certa viſaque profero; quod autẽ præ cæteris admirabar hoc erat, quod quotidie, dum ſua leoni carnis portio præberetur, ab illa paululum ſecederet, locum catello cedens, quô ille prior veſceretur, cumque ſibi ſufficientia comediſſet, aderat leo, qui reliqua ſibi ſurripiebat: Mirabilem mirare naturæ inſtinctum. Opinor, hanc ſuam totam ſciebat eſſe leo portionem, ſuumque ſtomachum adeo voracem, vt ſi prior veſceretur, quidquid ſuum erat deuoraret, nihilq; miſero ſupereſſet melitæo comedendum, proinde fame neceſſario interiret, quocirca locum illi cedebat & ſecedebat, vt prior catulus veſceretur, ſumeretque ſibi neceſſarium, & reliquum ſibi cederet in alimentum. Modus agendi certe ſtupendus, quo pectoris ſui leo monſtrabat nobilitatem.

En tibi in illo delineatam pectoris diuini nobilitatem. Si namque Deus prior vellet accedere, volens vt illi totum, quod ſibi debetur, cederes, quid catello ſupereſſet? Nihil dandum remaneret Regi, aut Principi, parentibus, fratribus, proximis, ſed nec tibi ipſi: locum igitur cedit, vt prior comedat, viuatque melitæus, illique detur rata portio; Meſſe fœcunda gaudes? Primò diſtribue Eccleſiæ, ſacerdotibus primitias ad decimas, deinde ſolue debita, his peractis tuis proſpice neceſſitatibus, filijs ſeruiſque conſule, ijſque quibus obligaris: poſtremò Deo, ſacrificijs, miſſis, muneribuſque ſuam diſtribue portionem. Dignitate præfulges opibuſque abundas? Prima ſit ea cura, tuis ſatisfacere obligationibus, dignitatem in iuſtitia ſaluam conſerues: debitam ſolue mercedem ſeruis, miniſtris, creditoribus, & quibuſcumque ære alieno obſtringeris, victui tuo, coniugis, filiorumque prouide neceſſaria: Si quid ſuperſit, extrue ſacella, templa, Dei ſanctorumq; eius obſequio: non enim hoc Deo placet, vt pauperibus fame langueſcentibus, conquerentibus officialibus, quod ſibi ſudor, ſanguiſque ſubtrahatur, templa conſtruas, offeras ſacrificia, munera largiaris. Sed nec vult holocauſta ex ijs quæ proximo debes, nec hoc ſibi dedices, quo parentibus, fratribus, hoſpitalibus, indigentibuſque teneris auxiliari. Hunc charitatis ordinem quem ſua Dominus lege condiderat, peruerſa Phariſæorum iniquitatis peruertere ſuis traditionibus, moribuſque conabatur: *Tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram.*

## §. 20. Hypocritæ benè &c. *Illis eſt os bonum, cor malum, traditiones habent iniquas; Eccleſia ſanctas.*

61 Iſa. 29. 13. AD perpendiculum cadit, quod veritas contra illos ſubiungit: *Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Iſaias, dicens: populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.* O fictos hypocritas! quàm probè nouit vos qui vos deſcripſit, populus verbo bonus, corde malus. Quis illos videat ſuis in verbis externis adeo cõpoſitos, vt Diuino honori conſuleretur, idq; adeo ſtrictè; vt filijs præciperent, prius parentibus, quàm Deo deeſſent, & Dei cultum eiuſq; ſacrificia parentum vitæ longiùs anteferrent: & in hoc ipſo cor habebant Deo eiuſque obſequio adeo cõtrarium, vt nihil eo minus cogitarant, nec Dei famulatum ſed auaram ſuam ſtuderent promouere cupiditatem: ac in verbis illis exterioribus impia ſua conarentur confirmare ſacrilegia, velut adultera, quæ nihil frequẽtiùs habet in ore, quàm maritum, nec eſt aliquid cui magis laboret ſatisfacere, quâm proco ſuo ganeôni, & quidquid ore dixerit ad mariti honorem, hoc eò tendit, vt ſecuriùs impuro ſuo conſulat ſcortatori. Phariſæos vt tales graphicè deſcripſit Dauid: *Dilexerunt eum in ore ſuo, & linguâ ſuâ mentiti ſunt ei: cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius.* Hæc erat illis apprimè familiaris iniquitas, ſub prætextu Dei deprædari pauperes, ſuæ ſatisfacere cupiditati. Iam à temporibus vatis Malachiæ querebatur de illis Dominus: *Operiebatis lachrimis altare Domini, fletu & mugitu, ita vt non reſpiciam vltra ad ſacrificia.* D. Hieron. D. Cyprian. & Theodoretus arbitrantur, Dominum hic lacrymas intelligere parentum, indigentium, laborantium, qui dum ſe lugent fame interire, quibus nec filij pro debito proſpiciunt eo nomine, quod munera Deo conſecrarent, inopes autem ſibi lamentabantur auferri facultates titulo victimarum, qui ad altare cõfugiebant, vbi talia Deo litabantur ſacrificia, talem deplorantes barbariem, quâ ab ipſis iniuſtè opprimebantur, ob iniquas illorum traditiones: idcirco dicit, quòd operiebant altare lacrymis, ploratu, ſingultibus, eo quod parentes ſuos, pauperesque ad lacrymas planctuſque compellerent: quia titulo oblationis in altari, illos fame langueſcere, & calamitatibus emori permittebant. His ſuppoſitis, videte (inquit) qua facie veſtra ſuſcipiam ſacrificia donaque mihi conſecrata: *Non reſpiciam vltra ad ſacrificia.*

I. Similitudo.

Pſ. 77. 36.

Malach. 12. 1.

Verumtamen multo prius tempore illos deſcripſit David (vt notat D. Chryſoſt.) *Vt deſtruas inimicum & vltorem.* Alij legunt (ita ipſe) *Inimicum & defenſorem.* Ad litteram loquitur de hac Phariſæorum Scribarumque colluuie. Num hunc cernis exercitum? Tuus inimicus, tuus non eſt defenſor, ſed perſecutor. Illi ergo duo coniunctim ſimul habent, defenſores ſunt, & inimici Dei, honoris eius defenſores ore & verbotenus, & eiuſdem inimici, corde ſcilicet peruerſo; & labijs, oſtendentes hoc primum eorum & vltimum eſſe ſtudium, vt Deus honoretur, at quod corde ſtudioſius intendebant, hoc erat, quod in eius vergebat iniuriam, legiſque præuaricationem. Vnde, inquit, *Sine cauſa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.* Cultus ille verius eſt dedecus, qui nititur traditionibus, moribus, doctrinis, mandatis, legibuſque mortalium.

In pſal. [illegible]

Matth. 15.

Auditis his verbis Lutherus, Caluinus, cæteraque fæx noſtri temporis hæreticorum, turmatim proſiliunt, vt quibus eorum iudicio, condemnata reijciuntur omnia ſummorum Pontificum prælatorum inſtituta, ceremoniæ Eccleſiæ, traditiones in illa confirmatæ, conſuetudines ex diſpoſitione Pontificum, Præſulumque ſtabilitæ. Omnia hæc (inquiunt) traditiones ſunt, leges ſunt, mandata ſunt hominum, ab ipſis introducta, quorum nec vnum diuinâ lege præſcriptum inuenias. Hoc vt impium, hæreticum & exerandum reſpuo. Vnde reſpondeo primò: verbis illis Saluator noſter leges noſtrorum ſuperiorum, nigro non damnat calculo quaſque pontifices inſtituerunt optimo Eccleſiæ regimini conuenientes; quinimo, ſi penitiùs inſpicias (teſte D. Bernard.) eas Chriſtus approbat, expreſſoque mandato nobis iniungit, illis humiliter vt obediamus: *Omnia quæcumque dixerint vobis, ſeruate & facite. Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Nec non Apoſtolus hoc decreuerat: *Obedite præpoſitis veſtris & ſubiacete eis.* Quocirca Chriſtus ſuperiorum promiſcuè non damnat mandata, ſed illa, tantum quæ Dei legibus aduerſantur, qualia non ſunt S. Eccleſiæ prælatorum inſtituta, quinimo illis maximè ſunt conformia, eaque mente præſcripta, vt leges diuinæ commodiùs obſeruentur. Vnde leges ſunt inſtituendæ, ipſis, prælatis ab ſuperioribus præ oculis habentibus Dei leges, vt ſuas illis conformes inſtituant. Sic Deus ordinauerat vt Rex ſolio præſidens regali, velut curiam congregans, & leges inſtituens regno ſubſidiarias,

II. Reijcit hæreticorum ſtultitia.

Li. de conſid. ad Eug. c. 4.

III. Nõ damnat Chriſtus ſuperiorum inſtituta.

Matth. 23. Luc. 10. Hebr. 13.

tias, primò ſibi Decalogum Deique legem præ-
Deut.c.17. 18. poneret inſpiciendam: *Poſtquam ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis, &c.* vt quotquot conderet leges, ſtatutaque firmaret, diuinæ legi per omnia conuenirent, eiuſque ſtrictiſſimæ conſeruationi. Hoc nobis impletum affirmat S. textus in Rege Ioas, quem adhuc puerulum ſeptennem Ioiada Sacerdos in regem populo propoſuit: ſic de eo legimus: *Et impoſuerunt ei diadema, & teſtimonium, dederuntque in manu eius tenendam legem, &c.* 4.Reg.c. 11. 12.

IV. [illegible] Dico ſecundò: à Saluatore noſtro non reprehendi traditiones, mores & inſtituta à patribus antiquis introducta in Eccleſiam, de manu tradita ad manum ad noſtra vſque tempora; quinimo potius vult illa inuiolabiliter obſeruari, & vt nobis ab earum caueamus oppugnatoribus. Ita namque monet Apoſtolus: *Denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non ſecundum traditionem, quam acceperunt à nobis.* De quibus fuſius D. Auguſt. 2.Theſſ.c. 3.6.

D. Aug. Epiſt. 119. & 118. ad Ianuariũ. Tom. 2. Non reprobo de duobus ſponſæ vberibus intellectum, quibus filias alit, quam tantopere ſponſus extollit, nimirum per illa S. intelligi ſcripturam & non ſcriptas traditiones quibus S. Mater Eccleſia filios ſuos enutrit Catholicos. Modo nos alit verbo Dei ſcripto, modo verbo per legitimas expoſito traditiones: vt ait D. Dionyſius quaſdam Ianuarius obiecit D. Auguſtino quæſtiones, in quibus ſignificat, ſe non leuiter per hoc in Eccleſia turbari, quod tot, tamque ſibi diſcrepantes notaret in Eccleſia conſuetudines. Illi reſpondet duabus epiſtolis D. Auguſtinus in centeſima decima octaua, ſupponit Chriſtum iugum impoſuiſſe Eccleſiæ ſuauiſſimum, pauca ſcilicet ſacramenta, facilia, proficua, miranda, paucaſque leges charitatis. His addit Eccleſia, ſeu Apoſtoli, ſiue Concilia alia quædam inſtituta ſeruanda fidelibus. His exceptis, in cæteris, quæ illis non ſunt contraria, nec ſe opponit Eccleſia, tenetur (ſic ipſe) quis communem ſequi conſuetudinem. Hoc exemplo probat, quod cum matre profectus Mediolanum notauit ibi ſeruari ieiunium: *Cœpit perturbari, & fluctuare quid ageret, propter ipſam cõſului beatiſſimæ memoriæ virum Ambroſium, reſpondit. Se nihil docere me poſſe, niſi quod ipſe faceret, quia ſi melius noſſet, id potius obſeruaret. Et adiunxit: cum Romam venio, ieiuno Sabbato: cum hic ſum, non ieiuno ſic & tu, ad quamcumque Eccleſiam forte veneris, eius mores ſerua, ſi cupiam vis non eſſe ſcandalo, nec quemquam tibi. Hoc, cum matri renuntiaſſem, libenter amplexa eſt. Ego verò de hac ſententia etiam atque etiam cogitans, ita ſemper habui; tanquam eam cœleſti oraculo ſuſceperim. Senſi enim ſæpe dolens & gemens multas infirmorum perturbationes fieri per quorumdam fratrum contentioſam obſtinationem, & ſuperſtitioſam timiditatem. Qui in rebus huiuſmodi, quæ nec vniuerſalis Eccleſiæ traditione, neque vita corrigenda vtilitate ad certum poſſunt terminum peruenire, tantum quia ſubeſt qualiſcumque ratiocinatio cogitantis, aut quia in ſua patria ſic ipſe conſueuit, tam litigioſas excitant quæſtiones, vt niſi quod ipſi ſapiunt, nihil recti exiſtiment.* Proſequitur D. Auguſtinus: *Violant ſanè quietem, & pacem ſuam de ſuperflua quæſtione rixando.* Et alterius progreditur. *Ipſa quoque mutatio conſuetudinis etiam quæ adiuuat vtilitatem, nouitate perturbat.* Admirabilis doctrina, quæ vim probat quâ traditiones, & cuiuſque Eccleſiæ pollent aſſuetudines, quæ non contradicunt doctrinæ Chriſti, Apoſtolorum, Conciliorum, & vniuerſalis Eccleſiæ traditioni quatenus intelligatur, quo quiſque eas vinculo ſeruare teneatur. D. Aug. cap. 4.

Hinc liquet omnibus, ſanctas eſſe conſuetudines, leges, & ſtatuta, quæ religionum fundatores condiderunt, quæ nedum contraria non ſunt diuinæ legi, atque Euangelicis conſilijs, inſuper ad eorum maxime iuuant obſeruantiam. Ita ponderat D. Hieronymus quando ſine vllis ambagibus per prophetam Hieremiam Dominus commendat filios Ionadab, eo quod infractè traditiones & ſtatuta ſeruarent ſibi à patre extrema mortis hora præſtituta, non vinum biberent, non in domibus habitarent, non quid proprium poſſiderent, &c. quæ omnia diuinæ adeo placuere, maieſtati, vt in tantæ obedientiæ & paternorum obſeruantiæ mandatorum compenſationem, præmia illis promiſerit præclariſſima? *Pro eo quod obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, &c. Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.* His congruè perpendit D. Auguſt. cui titulus inſcribitur. *Pſalmus ipſi Dauid filiorum Ionadab. Ionadab homo fuit quidam commendatus nobis ex prophetia Hieremiæ, qui ſuis præceperat, vt vinum non biberent, neque in domibus reſiderent, &c. Præceptum autem patris filij tenuerunt, & ex hoc benedici à Domino meruerunt.* L.2. cõtra Iouinia. V. Maiorum inſtituta laudabiliter obſeruantur. Iere. c.35. 18. D. Aug. Pſal. 70. In Pſ. 70. Tom. 8.

§.V. Do-

## §. 21. Doctrinas & traditiones hominum: *Eccleſiæ ceremoniæ ſanctæ ſunt, tamque neceſſariæ, vt idcirco illas impugnent hæretici.*

63 DIco tertiò: non proſcindit Chriſtus ceremonias Eccleſiæ Sanctas, per ipſam eiuſque præſules introductas: quales ſunt aquæ benedictæ lauatorium, luminaria, lampades in altaribus, ornatus, tapetes in templis, imagines, veſtes benedictæ, vaſa ſacra, ceremoniæ conſuetæ fieri in adminiſtratione Sacramentorum, item illæ, quas corporis exhibemus genuflexionibus, proſternationibus, capitis apertionibus, humiliationibus &c. Etenim vult Deus, illi ſeruiamus, nedum animâ ſed & corpore, nedum actibus ſpiritualibus, ſed corporalibus. Si quis tibi concederet, campum ſeu hortum

I. Similitudo.

ea obligatione, vt illi ex eo fructus referas, illi ſolos fructus offerre obligaris: ſi duos conceſſerit, non ſufficit illi vnius horti fructus deferas, ſed vtriuſque, Angelis vnicum Deus tribuit hortum: ſunt enim puri ſpiritus, vnde & ab illis actus tantum exigit ſpirituales: homini verò duos tribuit campos animam & corpus: quiſque proprios & ab alio diſtinctos profert fructus, vtrique Deo ſunt offerendi, actus & opera ſpiritus, & corporis, neutri negligendi. Congruè nos Deus Apoſtolus dicit domeſticos

Epheſ. c. 2. 19. Ser. 277 de tempo. Prou. 31. 21.

Dei: *Eſtis domeſtici Dei*, volens illi coniungamus illud Salomônis ex declaratione D. Auguſtini: *Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus, non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis.* Dei domeſtici illi ſunt, qui in domo eius, id eſt Eccleſia commorantur; illi duplicibus veſtiuntur.

II. Similitudo.

Ab illo deſumit metaphoram, qui hyemis tempore corpus contrà frigoris aſperiem veſtiturus, duplicibus vtitur, vno lineo interiori, ſeu carbaſo, ex quo texitur induſium, altero laneo exteriori. Veſtitu illo duplici Dei veſtit Eccleſiæ domeſticos:

Prou. 31. 21.

*Quæſiuit lanam & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum.* Linum & Lana. Si ſolum lineum aſſumpſeris induſium, frigore contabeſces, ſi ſolum Laneum, laborabis, ſordibuſque computreſces. Hæretici ſolâ ſubuculâ veſtiuntur interiori, opera tantum admittunt cordis ſpiritualia, & frigore congelantur, extincto calore charitatis, Phariſæi tunicâ tantum præfulgent exteriori, ceremonijs exterioribus, vnde tantam contrahebant ſcelerum immunditiem, vt animam depaſcerentur. Eccleſiæ filij, domeſtici Dei, duplicibus veſtiti tunica interiori & exteriori, operibus ſpiritus & corporis, illa namque exteriora, calori interno conſeruando, ſine quibus refrigeſcit, auxiliantur.

Natura nedum fructus producere contenta, quibus veſcaris, inſuper & folia, & corticem progenerat, licet vtrumque ſis ablaturus, vt patet in pomis punicis, aureis, perſicis, &c. his enim fructus in eſſe conſeruantur. Arboris ſubſtantia in corde ſeu medulla latet, illam nihilominus duro circumdat natura cortice: hoc enim detracto, medulla ſiccatur interior, illique contingit illud Ioelis: *Ficum meam decorticauit &c. albi facti ſunt rami eius.* Idcirco hæc dæmonis aſtutia, quò ſancta poſſit extringuere ſacramenta, per hæreticos durum hunc conatur ceremoniarum exteriorum corticem, quibus vtitur Eccleſia demoliri. De hoc canit pſaltes regius: *Quanta malignatus eſt inimicus in ſancto!* Heu quanta contra Eccleſiam molitur diabolus. Quid agit: *Quaſi in ſylua lignorum ſecuribus exciderunt iannas eius in idipſum: in ſecuri & aſcia deiecerunt eam.* Conati ſunt emittere & infringere portas quaſi qui pinus in pinario ſecuribus exſcindit: *In ſecuri & aſcia.* Quis aſciam attulit pinibus exſcindendis? An ſecuris non ſufficit, Aſcia cortici detrahendo ſeruit, hac quippe lignarius vtitur: ſecuri truncus proſternitur.

III. Similitudo.

Pſ. 79.

64 Intendit diabolus ſuis cum miniſtris truncos exſcindere ſacramentorum; in eum finem primo ſatagit arboris corticem detrahere, ceremonias videlicet exteriores; idcirco toties illum tanto impugnat ardore: illis enim ablatis; ilico proſternet arborem, & illud Ieremiæ licebit illi effari, *Non eſt vua in in vitibus, & non ſunt ficus in ficulnea, folium defluxit:* vitis ficusque diſcute folia, & confeſtim omnis exareſcet fructus. Ea de cauſa natura folijs arbores veſtiuit, vt fructus ſeruetur incolumis: quid enim fructus ageret adhuc tener, ſi contra ſolis ardores folijs tectus nô defenderetur? Procul dubio omnino ſiccatus, & exuſtus interiret: huic igitur folia deſeruiunt, illa diſperge, & fructum perdideris. Exciderunt de vinea ficuq; folia, fer ſententiam; actum eſt de fructibus Sanctæ in Eccleſia ceremoniæ folia ſunt ad ornatum, vt illis ſartus tectusq; ſeruetur fructus, fides (inquam) Sacramentorum, & cultus diuinus, ordo pſallendi & orandi in Eccleſia ornamenta frontiſpicia altarium in quibus, miſſa celebratur, ornatus elegantiſſimus, liquet hæc omnia folia cenſeri, ſed vt fructus adhuc in fidelium pectore tener ſeruetur incolumis. Age

IV. Ceremoniæ ſunt cortex arboris ſacramenti.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Age, folia diſcute, & omnium peribit fructus Sacramentorum:& præter hoc aliud nihil prætendunt hæretici: ſimiliter ceremoniæ promouent ſpiritum exteriores.

Pſalterio, & Muſicis Eliſeus, & Dauid vtebantur quo ſpiritum feruentiùs ad Deum excitarent: *Aperiam in pſalterio propoſitionem meam,* dicebat poſterior ſed ornatui tamen ſeruiunt.

Pſal.48.5

V. Ceremoniæ excitant deuotionē.

Quid capillis minoris poteſt eſſe ſubſtantiæ? nihilominus illis caluata mulier indicabitur eſſe turpiſſima, quam tibi mentis ingereret miſſa pietatē, ſi illā Sacerdos legeret ocreis petaſoque ad iter inſtructus, nullo adhibito lumine, nulla cruce, calice, ſacris vaſis; eo modo quo ſacrilegas miſſas ſuas celebrant hæretici? quàm frigidè te moueret eremitæ oratoriū telis intextū araneatū altari nullo, nullis appenſum imaginibus.

D. Tho. 2.2.q.101. 4ꝗ. & alt.

Hæc omnia breuiter ſuo more D.Th. *Totus exterior cultus Dei, ad hoc præcipue ordinatur, vt homines Deū in reuerentia habeant. Habet autē hoc humanus affectus, vt ea, quæ communia ſunt, & nō diſtincta ab alijs, minus reuereatur. Ea vero quæ habent aliquā excellentiæ diſcretionē ab alijs, magis admirentur & reuereantur. Et inde etiā hominū conſuetudo inoleuit, vt Reges & Principes, quos oportet in reuerentia haberi ſubditis, & pretioſioribus veſtibus ornentur, & etiā ampliores & pulchriores habitationes poſſideant. Et propter hoc oportuit, vt aliqua ſpecialia tempora, & ſpeciale tabernaculū, & ſpecialia vaſa, & ſpeciales miniſtri ad cultū Dei ordinentur, vt per hoc animi hominū ad maiorem reuerentiā adducerentur.* Diuina certe doctrina. Econtra, quantam in te deuotionē excitat templum fumo redolens aromatico, ſtratū aulæis Babylonicis, muſica demulcens animos, totum luminaribus illuceſcens &c. ſingulariter autem etiam atque etiam ornatus conueniunt illi quod præ cæteris execrantur & perfidè negant, venerabili ſcilicet ſacramento. Quàm aptè

Cant.7.2.

de ſponſa ſponſus diuinus diuina: *Venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus lilijs.* Venter locus eſt in quo cibus recōditur, & in omnium corporis partium diſponitur alimentum. Panis Eccleſiæ aceruus eſt tritici, Sanctiſſimum ſcilicet Euchariſtiæ Sacramentum, quod ex tritico com-

Pſ.147.14

pinſitur: *Adipe frumenti ſatiat te.* Aceruus tritici dicitur: in illo namque, velut in aceruo nobis tribuitur quidquid Deus habet bonorum cœleſtium, idque tanto cornucopiæ, vt nunquā deficiat in Eccleſia. Verùm non nudus par eſt vt ſit aceruus hic, ſed floribus circumdatus, lilijs, auro, ſerico, gemmis, aulæis. Quàm hoc decens, vt illis omnibus veſtri pingantur lectuli, veſtrarum depoſitoria ſordium, & in Eccleſijs non fulgeant, Dei domibus vbi ſanctiſſimum nobiſcum inhabitat Sacramentum?



65

In Pſ.70. Con.1.

Hinc eſt in propatulo (teſtatur D. Auguſtin.) quid veritas reijcere voluerit, non iſtas traditiones, vſus, & Eccleſiæ ceremonias, ſed illas Phariſaicas, diuinæ legi repugnantes: Etenim illæ, quæ tales non ſunt ſed ad diuinæ legis conducunt obſeruantiam, neceſſe eſt obſeruentur. Noſtin' quas Chriſtus reprobet traditiones? Illas ſcilicet, quæ ſimiles veſtris ſint de monomachia, quibus hoſtem tuum perſequens, ſic vt ſit vindicta delicto ſeuerior, vt tibi cenſeatur eſſe ſatisfactum, & reſpondeant colapho verbera, verberibus ſpicula arundinea, ſpiculis arundineis homicidium. Quàm aptè vobis dicere mihi licet: *Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram?* O peruerſam hominum nequitiam veſtræ Dei legem infringunt traditiones. Virga Moyſi deuorare debet Ægypti virgas maleficorum, non autem ex oppoſito de quibus egimus alibi. O quantam perfidiam,

VI. Chriſtus traditiones reprobat legi aduerſarias.

Tract. 5. num. 173.

quòd Dei mandata, ob voluptatum, & appetituum deſideria prætereatis; vt carni veſtræ, veſtræque placeatis auaritiæ, Dei leges præuaricari heu quantum ſcelus? Contra protaplaſtē Adā expoſtulatis, quòd vt Eua placeret, Dei præceptum infregerit, noſtriſque miſerijs dederit originem: *Quam multi* (loquentem audire Bernardum:) *Vſque hodie factum Adam grauiter diiudicant, & tamen inſipienter imitantur. Indignantur aduerſus Adam, quod obedierit voci vxoris ſuæ, plusquā Dei, & ipſi quotidie Euā ſuā, carnē videlicet, audiunt plusquā Deū. Si modo præſentem videremus Adam, in eo articulo poſitū, aſcendentibus cogitationibus in cor eius, conflictari inter precem vxoris, & præceptum creatoris, nonne clamaremus aduerſus illum, dicentes: Caue tibi, miſer, vide ne feceris: ſeducta eſt mulier, non acquieſcas ei? Vt quid ergo, quoties nos apprehendit tentatio ſimilis non perſuademus ſimiliter nobiſmetipſis?* Foras eliminentur inſtigationes illæ, illæ contra Dei ſcita ordinationes, ceſſent iſtæ traditiones, eradicādæ namque ſunt ipſa veritate teſte: *Omnis plantatio quam non plantauit pater meus eradicabitur.* Talis eſt illa, quam Saluator noſter deſtruit, & funditus eradicat, quô probat ſe vermen illum eſſe de quo cecinit Propheta regius: *Ego ſum vermis & non homo.*

D.Bern. In Feſto omnium SS, Ser.1.

Matt.15. 13.

Pſal.21 7.

Epiſt. 40. ad Deo gratias.

Recordare (monet D. Auguſtin.) hæc explicans verba ad Deo gratias virum in plebe primarium illius vermis, quem ſingulari Deus creauit prouidentia ex rore matutino, vt hederæ

VII. Phariſæorum traditiones vmbra ſunt hederæ. *Iona c. 4.7*

radicem corroderet ſub cuius vmbra lætus Ionas quieſcebat. qui vnico morſu illam perdidit, ſic exaruerit, ſole ſuper caput Ionæ æſtuante: *Parauit Deus vermem, aſcenſu diluculi in craſtinum, & percuſſit hederam & exaruit.* O quàm vmbroſæ Phariſæorum traditiones! Illis ſe conteguut: & ſuas obumbrant auaritias, inuidias, proditiones. Vermis oritur diuinus, rore conceptus puriſſimæ virginis Mariæ ſanguine compoſitus, opera caloris ſolis Spiritus S. Vide qualem radici morſum dentemque infigat, oſtendens illas diuinæ legi repugnare traditiones, quo Phariſæorum Scribarumque detecta fuit peruerſitas. Hanc & illas adeſt eradicaturus traditiones, vt omnino exareſcant, de quibus aliàs fuſiùs. Et huic materiæ congruit illud Spiritus S. *Radices gentium ſuperbarum areſecit Deus &c. ſemen hominum honorabitur, hoc quod timet Deum, ſemen autem hoc ex honorabitur, quod præterit mandata Domini.* Leges attende, traditiones, mores, conſuetudines quæ ſeminantur, num Dei honorem ſpectent, num ad ſtrictiorem diuinæ legis tendant obſeruantiam: quia tales quæ procedunt velut de radice, ex humilitate & obedientia ſuperiorum, ſecuræ ſunt obſeruatu: liberet te Deus ab illis, quas ambitioſa ſeminat ſuperbia, cœca ſtatuit auaritia: etenim illæ, velut plantæ quas Pater cœleſtis minimè plantauit, cum ſuis funditus ſunt eradicandæ conditoribus.

VIII. Chriſtus vermis hederam rodens. *Tract. 5. nu. cit. Eccli. cap. 10.19.*

## §.22. Non quod intrat per os &c. *Ex corde egreditur quod inquinat, eſt enim propria peccati cauſa ſine quo nec diabolus eſſet, nec concupiſcentia peccatum.*

☞ 66 HIs dictis Saluator non quieſcit ſed data occaſione erudit nos, prælegitque primariam totius moralis Theologiæ quæſtionem; vnde oriatur peccatum, & quid ſit peccatum, & quid non ſit: quod dicatur opus bonum, quodue reprobum. Eia agite chariſſimi (loquitur Chriſtus turbæ præſenti:) *Quod intrat per os, hominem non coinquinat:* quod verò ore egreditur, hoc coinquinat hominem. Quæſtio nodoſa, Primò: videtur etenim contraria illi quod lege ſua præceperat, quaſdam licere carnes comedere, nec tamen his iniquinari, quia mundæ cenſebantur: alias vero nequaquam: quia immundæ habebantur. Vnde ſic illum audio præcipientem: *Separate mundum ab inmundo: hæc inter immunda reputabitis, Cherogrillus, lepus, ſus, horum carnibus non veſcemini.* Hunc locum ad-

*Leuit. c. 11. 47.*

ducebant Manichæi (vt refert D. Auguſtinus) quo probarent, Deum veteris teſtamenti, non eſſe eundem, qui noui teſtamenti: noui namque nos docet: *Non quod intrat per os, coinquinat hominem:* veteris autem omnino contrarium adſtruit.

*Li. contra Adimantum Manich. c. 17.*

Secundò: nodum habet difficilem, ſi verba vt ſonant intelligantur; & opinatur D. Auguſt. ſic eſſe ſumenda. D. Petrus cæterique Apoſtoli ea ad ſenſum metaphoricum & parabolicum deriuarunt cenſebant enim ſic nudè ſumpta diſpoſitioni diuinæ fore contraria, qua Deus cibus quoſdem vt mundos alios vt immundes eſſe determinat. Vnde omnium nomine vrgebat Petrus: *Domine, ediſſere nobis parabolam iſtam.* Et hoc modo pariter intendebat Adimantus Hæreticus illa declarare, vt refert D. Aug. Attamen apertè ſatis hoc Chriſtus explicauit, quòd non metaphoricè, ſed in proprio ſenſu loqueretur, cú pateat, quòd Apoſtolos reprehenſurus, quia illa non vt ſonabant, intelligebant, illis dixerit. *Adhuc & vos ſine intellectu eſtis?* Et illa in ſenſu proprio declarabat, dicens: *Non intelligitis, quia quod intrat per os, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur. &c.*

*Lo. cit. & li. 16. contra Fauſtum c. 31.*

His conceſſis: & verbis proprio ſenſu ſumptis Protagoræ ſophiſma videtur, quod à D. Auguſtinus eleganti ſtylo & ingenio ſoluitur. O Domine cœlorum, ſi hominem non coinquinet, quod intrat per os, ſed quod ex ore procedit, comedendo ergo quid immundum, immundus non ero, idem verò eructando immundus eſſe cenſebor: etenim illud intrat per os, & hoc de ore egreditur, imo contrarium eſſe debere ſapiens dixerit. Si tantum illud quod per os egreditur, hominem coinquinet, quando iterum deglutio, quod de ſtomacho ad os proſiliebat, non habebor immundus eijciens vero, talis eſſe perhibebor? imo videbitur oppoſitum. Plura, Domine, ſanctam euertere videris velle quadrageſimam, & Eccleſiæ ieiunia, inſuper & omnes de abſtinentia conſtitutiones; ſicut reipſa his ſibi præualent hæretici, vt dicant næmas eſſe, ea obſeruare, quæ nobis ab Eccleſia ſeruanda præcipiuntur, vt certis temporibus, aut diebus non veſci carnibus, ouis, lacte, non niſi ſemel in die ſumere refractionem. Nonne vides (inquit) nobis à prima veritate declarari, id quod intrat per os non coinquinat hominem?

*In Pſalm. 125.*

Licet ita ſit, quòd verba hæc nodum inuolant Gordianum diuina tamen ſunt, & ſummã totius continent Theologiæ moralis, oſtendunt 67 ☞ enim

enim nobis luce meridiana clariùs principium, & originem mali ac peccati, nimirum cor noſtrum. Ad perpendiculum hic cadit illud D. Petri Chryſologi: *Quod curioſitas humana, quod ſapientia mundana quærens & diu quærens, non potuit inuenire, hoc ſcire & neſcire, facile præſtitit lex diuina, vnde malum, vnde culpa vitiorum, vis vnde, vnde criminum furor &c.* Turbabantur inquieti Manichæi (teſte D. Auguſt.) ſemper inquirentes: vnde malum? quod eius principiũ? Non illud inuenientes deſiliunt de bone ad aſinum, vt eſt prouerbium, duos ſtatuunt Deos, bonum vnum, bonorum omnium principium, malum alterum, malorũ cauſam omnium. Alij hæretici principium & malorum noſtrum cauſam in ipſum Deum reijciebant, impia blaſphemia, ſicut & noſtra tempeſtate quidam alij, quocirca neceſſarium fuit vt ipſe D. Baſilius hanc ſibi cauſam attraheret, & tractatum ederet ſingularem, probans Deum non eſſe malorum originem. Num ſcire deſideras, principium radicemque mali, & quid te coinquinet? *Quod procedit de ore, hoc coinquinat hominem.* Hoc eſt (interprete D. Auguſtino) non illud quod procedit de ore corporis, ſed animæ, nempe de corde tuo, de tua voluntate. Ita vt malum tuum ex te ipſo oriatur, dicit D. Petrus Chryſol. nec poteſt te quiſquam, niſi tu ipſe coinquinare, aut adferre nocumentum. Sic ſubtiliter hoc probat D. Chryſoſtomus illo tractatu cui titulus præſcribitur: *Nemo læditur niſi à ſeipſo.* De teipſo procedit, qui tibi nocet, de monte progreditur, qui montem aſcendit; Hoc quoque intelligas oportet, nullum eſſe malum, quod tibi noceat, niſi illud quod de ipſo tuo corde progreditur, naſciturque voluntate.

D. Petr. Chrys. Serm. 171.

I. Impium eſt dicere Deũ cauſam eſſe peccati.

Ho. 9. quod Deus auctor malorum non ſit.

Hinc argumentum traxit Diuus Hieronymus argumentum Ruffini conuincendi, viri ſuo tempore famoſiſſimi, qui propriam peccati cauſam eſſe diabolum aſſerebat: & hæc hominum eſt communis imaginatio, qui vt ſe ſuis in peccatis excuſent, illa diabolo adſcribunt, illi maledicentes, quod ipſos in peccatum impulerit. Deliras ô Ruffine (replicat D. Hieronym.) etenim dilucidè noſter nobis demonſtrat Magiſter, propriam peccati cauſam cor eſſe, dum ait: *De corde exeunt cogitationes malæ, furta, adulteria, homicidia &c. hæc ſunt, quæ coinquinant hominem.* Non enim diabolus noſtrum principium peccatorum, ſed cor noſtrum: *Et rurſum de Iuda in Euangelio legimus, poſt bucellam introiuit in eum Satanas, quia ante bucellam ſponte peccauerat, & nec humilitate, nec clementia Saluatoris flexus eſt ad pœnitentiam.* Attamen quid verbis illis innuit Euangeliſta: *Introiuit?* quòd intus ſatanas non eſſet in corde Iudæ, ſed liberum habebat ille cor, ille enim fuit, qui malum voluit, licet poſtmodum videatur diabolus amplius ſumpſiſſe dominium, ſicut iam vicinior inſtabat, mouebatque vehementiùs. Porro ſignificat, quòd qui primum Iudam ſollicitauit ad Chriſti venditionem, ipſe non fuit diabolus, ſed propria ſua & ſpontanea auaritia, qua portam aperuit diabolo, qua libere ſubintraret illum ad tam graue delictum in Saluatorem ardentiùs inſtigaturus.

Divvs Hier. lib. 2. Apolo. contra Ruff. Tom. 2.

II. Non diabolus ſed Iudas cauſa peccati.

68

III. Publicanus ſibi criminũ culpã adſcribebat.

Et hoc ita verum eſſe credimus, quòd niſi cor tuum concurrat, liberum præbens conſenſum, nullum erit, in eo quod agis, delictum, quantumcumque malum eſſe videatur, & tantum in illo peccatũ erit, quantus cordis tui conſenſus acceſſerit. Hoc tibi apertè ſatis expoſuit (inquit) ſapiens ille peccator Publicanus, qui coram Deo peccata ſua, non dæmoni attribuit ſed ſuo ipſius cordi, quocirca & illud pugno tundebat: *Percutiebat pectus ſuum, quaſi theſaurum cogitationum peſſimarum, & conſcientia delictorum non audebat atollere.* Primò: principium indicabat malorũ ſuorum, nempe proprium cor, vnde pectus feriens, pugniſque lacerans, cor impugnabat, vt eorum propriam ſcelerum radicem, ideoque tanto perfundebatur rubore, vt nec oculos in cœlum attollere præſumeret: *Non audebat oculos ad cœlum leuare.*

Divvs Hier.

Luc. 18 13.

Secundò: hac percutiendi actione iudicabat quòd quia clarè cognoſcebat, quòd ille ipſe erat qui deliquerat, idcirco verecundaretur, quaſi qui in ſeipſo humiliter tantorum cauſam criminum eſſe fatebatur. Notat D. Baſil. de Pharaonis interitu, quòd de eodem agens Apoſtolus dicat: *Suſtinuit in multa patientia, vaſa iræ apta in interitum.* Quis interitus Pharaonis occaſio, cauſaque damnationis? Deus? Nequaquam (inquit D. Baſi.) *Nam de eo dicit Apoſtolus vaſa iræ apta in perditionem, oſtendit facturam eius malã non fuiſſe, ſed vbicumque audieris vaſa, intellige, quod noſtrum quilibet in aliquem factus eſt vſum.* Omnes nos vaſa compoſuit gloriæ capacia quomodo igitur quis damnatur? quia ſeipſum vas iræ peruertit. Vas fecit Deus, iram qua ſe præparat, vel quod ſe ira reddit dignum non hoc fecit Deus. Ipſe ſe vas iræ compoſuit: etenim peccatum Deus execratur, peccatum autem ipſe fecit: *Vas iræ eſt, qui omnẽ in ſe diaboli operationem quaſi vnum quoddam ſuſcepit.* Ille ſe vas aptũ reddit *in perditionẽ*: quia in illo ipſo velut in propria radice

Ho. cit.

Rom. c. 9. 22.

„ toto erat omnium ſuorum cauſa peccatorum,
„ quibus ſe vas reddidit aptum iræ in perditio-
„ nem. Eiuſdem occaſione alia quoque perpendit
D. Baſilius S. loca Scripturæ.

De eadem materia quæſtionem integram
cum quatuor articulis propoſuit Doctor noſter
2.2.q.80. Angelicus in qua illa omnia profunda S.
Theologiæ comprehendit myſteria, quæ in hac
materia tractanda occurrunt, doctrinam atque
ſententias expendens D. Dionſij, D. Hieron. D.
Auguſtin. D. Greg. D. Iſidori &c. Probat autem,
qua ratione ſi cor tuum ſit in bono conſtans,
nec velis conſentire peccato, nullum in te ſit
peccatum, omnis in te licet inſurgat potentia
diaboli. Dignus ille fuit calamo D. Auguſt. tra-
Pſ 118. 5. ctatus quo hoc declarat expendens illa Daui-
dis verba: *Non enim qui operantur iniquitatem in
vijs eius ambulauerunt.* Non leuis ſunt hæc ver-
ba negotij (ait Auguſtinus) vt autem hæc tibi pa-
teat, cum Apoſtolo colloquamur: *Dic nobis, Pau-
le beatiſſime vtrum deambulaueris in vijs Domi-*
2. Cor. c. 5. *ni, cum in carne hac viueres?* Reſpondet nobis
D. Avg. quod ſit: *Quamdiu ſumus in corpore, &c. per fidē*
In pſ. 118. *ambulamus.* Vides hic, quod per fidem ambulan-
Con. 2 & do, per Dei vias ambularet: *Non certior via Domi-*
3. Tom. 8. *ni quam fides, &c.* Vlterius, alio loco dicit: *Quæ*
Philip. c. 3 *retro ſunt obliuiſcens, &c. ſequor ad brauiū ſupernæ*
13. *vocationis.* Vide num Dei vias ambularet, qui
per illas currebat, ea enim de cauſa dicebat: *Bo-
num certamen certaui, curſum conſummaui.* Per
vias ergo Domini ambulabat. Ipſum igitur in-
terrogamus an tum iniquitatem ſeu malitiam
operaretur & nobis reſpondet quod ſic, apertè
Rom. c. 7. namque proteſtatur: *Non quod volo bonum, hoc*
19. *facio, ſed quod nolo malum, hoc ago.* Subſiſte Dei
Apoſtole, quomodo vias Dñi perambulaſti, ſi
malum operabaris, cum vates aſſerat regius: *Non
enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius am-
bulauerunt?* Audite (ait) reſponſum, quod iſdem
IV. verbis comprehendit: *Quod nolo malū hoc ago:*
Motus q. d. verum eſt nec diffiteor, multis agitor moti-
inordina- bus incompoſitis: inhoneſtæ me turbant cogita-
ti ſine tiones, & imaginationibus moleſtor inordinatis:
conſenſu attamen illas reijcio, illiſque nō conſentio. Quo-
non ſunt circa, nec ego illas facio, ſed ipſas mala ſuſcitat
peccatū. concupiſcentia, quæ eſt in carne mea, quæ ideir-
co peccatum eſſe nominatur: eo quod incitet
Rom. c. 7. moueatque ad peccatum: *Iam non ego operor il-*
17. *lud, ſed quod habitat in me peccatum.* Ego malum
hoc ago, in quantum ex parte carnis, ego ille
ſum, qui tales habeo cogitationes, motuſque laſ-
ciuos furentes, iracundos & perditionis imagi-
nationes: at ego illas nō operor, in quantum, ex
parte qua libera fruor cordis voluntate motus
reprimo cogitationes repello, ſcelus abominor,
tæderque me talibus moleſtari: *Quod nolo ma-
lum.* Et ſi cor minimè conſentiat, nullum eſt
peccatum, nulla timenda culpa, nulla pœna, qui-
nimo corona præmiumque ſperandum, eo glo-
rioſius, quò cordis voluntas inordinatis hiſce
motibus reſtiterit animoſius.

Hoc notabis (inquit Diuus Cyrillus) voluiſſe „
Deum monere, illo, quod agendum diſpoſuit ſi Lib. ...
quando bos cornupeta, aut læderet, occideretue ...
quempiam. Num Domine, bouis Dominus erit ...
culpæ reus! Examinetur negotium, inquit Do-
minus, ſi ipſe conſenſerit, aut voluerit vt bos e-
grederetur, vel nullam eius, dum egrederetur
curam geſſerit, vel ſi quantum potuerit, obſti-
terit ne egrederetur. Si bouis egreſſui conſenſe-
rit, nec eā quā tenebatur, curā adhibuerit, vt eū
detineret, noxæ ſubiacebit, & omne, damnum
quod taurus cornupeta intulerit, in integrum re-
ſtituet. Verumtamen quod ſi toto conatu reni- Exod. ...
ſus fuerit, nec vltra quid facere potuerit, vt bo-
uis egreſſum impediret, & ille nihilominus ex-
ilierit, nulli ſubiacebit pœnæ, cum nulli culpæ
obnoxius eſſe cenſeatur. Quando in te taurus
exilierit cornupeta, peruerſus quidam iracun-
diæ, vindictæ, cupiditatis, laſciuiæque motus, at-
tende, num cor tuum conſenſerit, quod Dominus
eſt, cui competit illum refrænare ligatumque
coercere. Si nullus accedat voluntati conſen-
ſus, ſed toto reſiſtas conamine, te pœniteat,
quòd egrediatur illum detinere laboras ieiunijs,
diſciplinis pœnitentijs, eſtque voluntas conſtans
ſtabilis, & in bono confirmata, nihil timen-
dum, cum nulla ſit culpa: quia eius principium
non eſt cor liberæque voluntatis arbitrium. Ex
hac ſententia declarat Doctor Angelicus: illud
Spiritus S. adeo pluribus obſcurum: *Dum male-* 2.2.q.76.
*dicit impius diabolum, maledicit animam ſuam.* a.1. ad 3.
Quando peccato commiſſo, maledictis excipis Eccl. 21.
diabolum, tibi perſuade, quòd eadem ratione, & 21. 30.
tuam poſſis animam ditis deuouere, ſi namque
diabolum maledicis, eo quod illum vt tui pec-
cati cauſam inſimules, attamen tu ipſe, anima-
que tua potiori iure cauſa eſſe perhibetur cum
omnis eſſe peccati in te, ex eo procedat, quòd
tu ipſe illud velis, illique conſentias. Hinc or-
tum eſt, quod malignus ille Spiritus, cum D.
Antonio ſermonem habens, de hominibus
quereretur, quòd illum maledicerent ob à ſe
commiſſa peccata, cum ipſi cauſa ſint magis
propria, quàm ipſe, peccatorum; quod ſi ipſi Tract. 3.
ad nefarium opus non libere conſentirent, ipſe num. 45.
homines

homines ad hoc cogere non valeret; de quibus alibi.

§. 23. Quod ex ore exit. *Quod editur non coinquinat, quia per os intrat, bene quidem quod per illud egreditur.*

70 HOc idem declarat D. Auguſtinus & ad clariorem eius intellectum, aduertit, quòd in hac Chriſti ſententia, os eodem modo non ſit accipiendum. in prima parte, ac in ſecunda: quia in prima, loquitur de ore corporis atque id quod intrat per os, abſolutè, & coram Deo hominem non coinquinat, ob rationem à Chriſto aſſignatam, deſcēdit enim ad ſtomachum, ſuumque peragit curſum ex naturæ diſpoſitione. In ſecunda verò de ore loquitur animæ. Sciendum enim tibi eſt: vt ſuum corpus habet os, quo comedit, quoque loquitur, ita & anima, quale eſt hoc cor. Manifeſtum enim eſt, (inquit) animam quoque loqui, comedere, ſapere. Quo precor, loquitur? corde loquitur. Ita Salomon: *Locutus ſum in corde meo.* Eiuſque pariter cum Deo locutus ſic ait: *Tibi dixit cor meum.* Nemo namque dubitat, quin ſicut datur locutio, ſermones, verbaque corporis, ita pariter detur animæ locutio, verbaque ſpiritus. Hinc prætatus illud expoſuit Dauidis: *Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum.* Gaudium non eſt in ore, ſed in corde: qua igitur dicit ratione, *Repletum eſt gaudio os noſtrum?* Quia de ore loquitur animæ, nempe corde, vbi animæ eſt gaudium, ſicut in ore corporali, gaudium corporis. Noſſe deſideras immunditiæ peccatique principium, vnde procedat illud, quo homo coram Deo ſordidus eſſe reputetur? Verbis ſanè admirandis hoc explicat D. Auguſtin. quæ cum ſint tam præclara, par eſt, vt vobis illa proponamus: *Si non facit immundum, niſi quod exit de ore, & hoc cum audiuimus in Euangelio non intelligemus, niſi os corporis, abſurdum eſt, & nimis ſtultum vt tunc putemus, non fieri immundum hominem, cum manducat, tunc autem putemus immundum fieri, ſi vomat: ait enim Dominus: Non quod intrat in os ſed quod exit, coinquinat. Quando ergo manducas, non ſis immundus, & quando vomis efficieris immundus? quando bibis non es immundus, & quando ſpuis, immundus es? quando ſpuis, enim de ore tuo exit aliquid, quando bibis, in os intrat aliquid. Quid voluit Dominus dicere: non quod intrat &c. Secutus eodem loco ſecundum alium Euangeliſtam, dixit: quæ ſunt quæ procedunt de ore? Vt intelligas non de ore corporis eum dixiſſe, ſed de ore cordis, ait enim: de corde enim exeunt cogitationes malæ fornicationes, homicidia &c. Illa ergo, fratres mei, quomodo exeunt de ore, niſi quia exeunt de corde, ſicut ipſe Dominus dicit: non enim quando illa loquimur, tunc nos maculant; ne quis dicat: cum loquimur de ore noſtro exeunt, quia verba & voces de ore noſtro exeunt, & quando mala loquimur, immundi efficimur. Quid ſi aliquis non loquatur, & tamen cogitet mala? mundus eſt, quia de ore ipſius corporis nihil proceſſit ſed de ore cordis iam Deus audiuit. Ecce, fratres mei, attendite, quæ dico. Nomino furtum; modo nominaui furtum numquid quia nominaui furtum, coinquinauit me furtum? Attendite quæ dico: ecce de ore meo exijt, & non me fecit immundum. Fur autem ſurgit in nocte, & nil dicit ore, & faciendo ſit immundus. Non ſolum autem non dicit, ſed & premit facinus toto ſilentio, & vſque adeo vocem ſuam timet audiri, vt nec veſtigia ſua velit ſonare. Numquid ergo, quia ita ſilet, mundus eſt? Plus autem dico fratres mei: Ecce adhuc in ſtratu ſuo iacet, nondum ſurrexit, vt furtum faciat, vigilat, & exſpectat, vt homines dormiant. Iam Deo clamat, iam fur eſt, iam immundus eſt, iam facinus de ore interiori proceſſit. Quando enim facinus ex ore procedit? quando voluntas faciendi decernitur. Decreuiſti facere? Dixiſti: dixiſti, feciſti. Si furtum non feceris foris, ille non meruit perdere, cui diſponebas auferre, & ille nihil perdidit, & tu de furto damnaberis. Decreuiſti occidere hominem dixiſti in corde ſonuit de ore tuo interiore homicidium. Adhuc viuit homo, & tu homicida puniris: quid ſis enim apud Deum quæritur, non quid nondum appareris apud homines* Hæc huc vſque D. Auguſtin verba, quibus exponit noſtri verba Redemptoris & aliàs explicat eadem ſtylo doctiſſimo, ſubtilem & proponens quæſtionem.

71 Arbor à Deo in medio ſituata paradiſi, vel bona erat, vel mala: ſi mala cur illam Dominus creauit? Et ſi omnia, quæ Deus creauit omnipotens bona erant: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Quomodo arbor illa, mala fuit? ſi bona fuit, qua ratione fructus eius guſtatio noſtram nobis intulit perditionem, malumque vniuerſum? Arbor bona erat (reſpondit D. Auguſtin.) vnde fructus eius malus eſſe non poterat, eſt regula Saluatoris: *Non poteſt arbor bona malos fructus facere.* Quomodo ergo coinquinauit Adamum? non illum inquinauit, ex hoc quod fructus ille per os eius ingrederetur, & in ſtomachum demergeretur, ſed ex eo quod egreſſum eſt de corde eius, ac voluntate: priuſquam

Marginalia: I. Os duplex intelligitur. In Pſ. 125. — Eccle. 2. 15. — Pſ. 16. 6. — Pſ. 125. 2. — D. Aug. In Pſ. 125. Tom. 8. — Lib. 13. de Ciuit. c. 10. & lib. 14. c. 13. — Gen. 1. 31. — II. Arbor ſcientiæ bona fuit. — Matt. 7. 18.

quam etenim fructum ederet, ſuoque ſe iniiceret ori, de corde eius egrediebatur actus, quo determinatè voluit Dei præceptum prævaricari: qui actu fuit inobedientiæ, quocirca non illum fructus ſecundum id quod in os eius ingrediebatur, immundum reddidit, ſed ſecūdum id quod ſumeretur actu inobedientiæ ſociatus qui de corde procedebat, quod perſpicuum eſt: ſi nullum enim ad fuiſſet Dei præceptum, contra quod peccaret Adam, minimè inquinaretur; at immundus fuit, quia de corde eius egreſſa eſt voluntas agendi contra Dei mandatum: quod D. Aug. illā confirmat Spiritus S. ſententiā: *Ante ruinam exaltatur cor:* Et illa: *Initium ſuperbiæ hominis, apoſtatare à Deo quoniam ab illo qui fecit illum, receſſit cor eius.* Ea de cauſa dicere licuit: *Initium omnis peccati ſuperbia.* Latius expono. Quadrageſimam celebramus: vir quidem optimæ valetudinis perdicem comedit adeo bene aſſatam, tantiſque condimentis præparatam, vt ſuauiſſimè redoleat. Venit alius & lancem comedit congrorum alijs, cepiſque farcinatam, quæ ad ſeptem vſque parietes graueolebat. Vter inquinatur? ſi id quod per os intrat, attenderis puriorem illum eſſe dixeris, perdicis comeſtorē rattamen, abſolutè verum eſt hunc peccato mortali eſſe ſordidiorem, alterum autem mundum, ex eo quod de corde procedebat. Ex perdicis enim comeſtoris corde actus egreſſus eſt ſuperbiæ, mandatis Eccleſiaſticis inobedientiæ, quo grauiſe delicto maculauit; ex altero verò actus egreſſus eſt obedientiæ ſeruandi ieiunium ex Eccleſiæ inſtituto, manſitque mundiſſimus.

III. Adamum non fructus guſtus, ſed inobediētiæ volūtas perdidit.

Prou. 16. 18.

Eccli. 10. 14.

Non fuit Adam protoplaſtes immundus, ob fructum in os eius ingreſſum: erat quippe mundus; ſed ob Inobedientiæ culpam, quæ de corde procedebat, fructum illum concupiſcendo. Hinc collige, ad operum tuorum examen, requiri cor tuum quale ſit conſideres, illudque ſtudioſius obſerues: *Omni cuſtodia ſerua cor tuum: quoniam ex ipſo vita procedit.* Monet te Salomon & eleganter exponit. D. Bern. ſi tibi, vir ampliſſime, diligenter caues ab inimicis: quia tibi poſſunt afferre nocumentum, à corde tuo tibi caue: ipſum enim eſt, quod ſolum te perdere poteſt efficaciter: etenim ſine illo, ſcito tibi nocere poſſe tibi nocere poſſe neminem. Et quid miraris (quærit D. Aug.) quòd te perſequatur, velitque in ruinam trahere diabolus mundus, tuique ferociores inimici ſi proprium cor feruentiores in te & impetus ſuſcitet pernitioſiores?

Prou. 4. 23

*Ser. 13. in pſ. Qui habitat. In illud pſ. 70. Quæ feciſti magnalia. & Ser. 34 de verbis Domini, & l. 2. contra aduerſar. legis c. 14.*

Iuſtè quidem Abiſai expoſtulabat, quòd Semei terræ filius, inimicus Dauid, in illum contumelioſus inſurgeret & imbre lapidum iniurioſus vellicaret: cui Dauid: quid hoc nouū, quod meæ domus infimus me perſequatur, aduerſus, ſi qui de meis progenitus eſt viſceribus adeo feroci me bello laceſſat obſtinatus: *Filius vteri mei perſequitur me, & indignabor conuiuanti ſeruulo?* Hoc de proprio meo (dicit Bernardus) corde profero. Non mirum quòd me perſecutionibus turbet diabolus peregrinus ſcurra viliſſimus, ſi me cor proprium moleſtet acerbiùs infinito: quæ cum ita ſint: hæc prima ſit & vltima ſollicitudo: *Omni cuſtodia ſerua cor tuum.* Ne cōſentiat, frænos iniice. Si quid egeris nolens & inuitus, corde reluctante, ne timueris; ſi motum habueris impudicum, ſi cogitationem vindictæ contra tuam ipſius voluntatem, nullus hic eſt ſcrupulus faciendus: cum enim ex corde non proueniat, illi conſentiendo non à malo eſt: *Non ego operor illud* (ait D. Paulus) *ſed quod habitat in me peccatum.* Cōcupiſcentia, malaque natur mea eſt, ex qua procedit, non de libero mei cordis arbitrio. Conijcio ſpectare Apoſtolum verba illa Domini ad Cain, quæ, quia per illa noſtri dilucidè probatur libertas arbitrij, conantur hæretici non ſolum ad ſenſus alienos ſed & detorquere peruerſos: attamen legitimam eorum dant interpretationē D. Ambr. a. (D. Aug. b) D. Chryſ. c. Incedebat Cain capite demiſſo, triſtis, moroſus, odio ac furore nimio in fratrem Abel excandeſcens. O Cain (inquit Dominus) quid iſto incedis modo? *Peccaſti? quieſce. Sed ſubter te, erit appetitus tuus.* Hoc verbum: *Peccaſti?* licet realiter eſſet in Cain peccatum completū, & odij ac rancoris in fratrem conſummatum, propriè nihilominus motus declarat concupiſcentiæ, quam D. Paulus peccatum nominat, non quia tale ſit in ſe, ſed quia ex primo profluat peccato, ac præcipuè quia peccatum trahit & inclinat vt exponit S. Concilium Tridentinum: eadem ſibi verba aſſumens Doctoris Angeli, illa ſic interpretantis: q. d. væ tibi Cain fratricida: te namque video motibus agitari peruerſis: mala quos in te concupiſcentia ſuſcitat cædem fraternam machinata: comprime illam, illam refræna, ne illi voluntate conſentias: *Quieſce.* Noueris, te velut Dominum poſſe refrænare concupiſcentiam, eiuſque motus comprimere male compoſitos, & appetitum detinere ſenſualem, hoc quod ſi feceris, nihil tibi nocebunt. Huic conformiter expoſitioni legit Tragum Hieroſolymitanum: *In manu tradidi poteſtatem concupiſcentiæ tuæ, tu dominare ei, ſiue ad bonum ſiue ad malum.*

D. Bern.

IV. Non ſentit, ſed cōſenſus nocet.

a Lib. de Cain & Abel c. 3.

b Lib. 15 de Ciu. c. 7.

c Hom. 18. in Gen.

Gen. 4. 7.



Hoc

Hoc ipſum expendit, quod D.Auguſt. conſiderauerat: quòd idem verbum ex ore Saulis proceſſerat, dum à Samuele ob tranſgreſſum Dei mandatum, argueretur quod ex ore Dauidis, dum eum propheta Nathan ob commiſſum accuſaret adulterium: *Peccaui Domino.* Vni nullam, alteri maximam attulit vtilitatem, ob cordis vtriuſque differentiam. Eodem modo notat D.Auguſt. eadem confeſſione verborum à dæmonibus & D.Petro Chriſtum fuiſſe collaudatum: *Tu es Chriſtus filius Dei viui:* dæmones autem reprehenſi, coactique vt ſilerent: *Increpans non ſinebat ea loqui.* D.autem Petrus celebratus & ad ſupremam euectus Eccleſiæ dignitatem, cui ſic Saluator: *Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & ſanguis &c.* Cor enim Dominus inſpiciebat, eius affectus, quodque de illo promanabat. Hoc namque Dominus intuetur, iuxta veridicum illud Spiritus S. *Deus creauit de terra hominem, & ſecundum imaginem ſuam fecit illum &c. poſuit oculum ſuum ſuper corda eorum &c.* Deus & diabolus ſibi opponuntur, & ambo ſuper cor tuum ponunt oculos, ſibi illud ambiẽdo: qui enim tuum poſſidet cor te habet ſuum. Quid non agit diabolus, vt tuum ſibi cor acquirat? quot blanditiæ? quot promiſſa? quot offert vltroneus delicias? Refert Plinius, *a.* ex quo ſumpſit D.Iſidor. *b.* lapidem inueniri pretioſum nomine Dracontiam, ſeu Dracontium græci dicunt Encardiam ſeu Cardiam, ex græco nomine καρδία, quod cor ſignificat: quia qua parte illum inſpexeris cordis præfert figuram Lapis eſt, quem fronte ſeu cerebro innatum gerit Draco, qui neceſſariò eruendus eſt antequam moriatur: illo namque mortuo, diſſoluitur & euaneſcit, qui illum ſibi cupiunt acquirere, draconi cibos offerunt odoriferos, quibus ſaginatus obdormit; quo nanciſcuntur illum percutiendi opportunitatem, ita vt ſenſibus perturbetur, extrahuntque lapidem. Hæc dæmonis aſtutia; tuum ſibi cor, dum viuis, appetit, quod merendi, vel demerendi tempus nouit eſſe præſtitutum: in eum finem tibi cibos, quibus obdormias, & in ſocordiam labaris, offert, delicias, voluptates, eſum, potum. His prodigi lucratus eſt cor, quinimo & ipſius Dauid. Proſpice, tibi ſerua cor tuum: hoc namque maximi tibi eſt momenti.

V.

VI. *Dracontium lapis.*

His toties repetitæ mirabiles in noſtrum cõmodum nituntur inſtructiones. Prima; quam die Cinerum expendimus, præ ceteris Deo placere, cordis affectum, ſuper quod defigit principaliter oculos, ex D.Gregorij ſententia: *Non penſat Deus cenſum, ſed affectum, & non quantum ſed ex quanto.* Prout apertè conſtat ex duobus illis minutis, à vidua paupercula Dei templo conſecratis. Secunda: quam Theologorum Doctor proponit D. Tho. obedientiam cæteris virtutibus moralibus palmam eripere dignitatis: per illam etenim cor hominis ac voluntas Deo reſignantur, quo nihil ipſe habet optatiùs. Ad huius confirmationem ſententiam adducit Diu. Gregor. in hæc verba: *Obedientia iure victimis præponitur; quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur. Vnde etiam quæcumque alia virtutum opera, ex hoc meritoria ſunt apud Deum, quod fiant, vt obediatur, voluntati diuinæ,* Et hoc innuit propheta Samuel in obedienti Regi Sauli, dum ait: *Melior eſt obedientia quam victima.* Nullum inter vetera ſacrificia ſic caput extollit, vt illud Abrahæ. Cui Dominus: Abraham, ſacrificium à te repoſco mihi conſecres, aliudque nullum, quam dilectum tibi, vnicumque filium Iſaac, quem tu immolabis, tu occides, tu ſuper altare dedicabis in holocauſtum, in cineremque conſumes: *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac. &c.* Horum emphaſim verborum plures expendunt SS. Patres: at meo iudicio, nullus propiùs ſcopum attigit, quam D.Ephrem (de quo alijs dicendum) vbi licet intueri, poſſibile non fuiſſe, vt grauioribus maioriſque ponderis verbis loqueretur Deus Abrahæ, nec huic eſſe comparanda ſacrificia quælibet magna nobis à S. Spiritu deſcripta, ne quidem illud Salomonis, quod die conſecrationis templi collocata in eo arca Domini, Domino conſecrabat: viginti duo millium boum, & centum viginti millium ouium, quod niſi Dei ipſius ore promeretur, omnibus haberetur incredibile. Abraham vt verus obediens, actutum opus aggreditur, filium tollit, triduanum proſequitur iter, gladium quo caput diſſcindat, femore ſuſpendit, ignem quo filium exurat, geſtat manibus: attende, precor quibus cor eius motibus in diuerſa raperetur. Aſcendit montis faſtigium, altare ædificat ſtruem lignorum diſponit, ligat filium, ne motus edat ſacrificio contrarios, enſem ſtringit, brachium ictui attollit. Adeſt Deus: Abraham, Abraham. Quis me vocat? Ego Dominus: ſufficit, ſufficit, mitte gladium in vaginam, iam enim, quod intendebam, peractum accipio. Domine, nonne patri filium Iſaac immolandum præcepiſti? Nequaquam; ſed cor ſuum, ſuamque voluntatem, quo peracto ſacrificio, placet oblatio, iam ſuum mihi cor iugulauit, ſuam reddidit, immolauitque voluntatẽ. Vbi D. Chry-

*2.2 q.104 ar.3.*

VII. Obedientia virtutibus moralibus dignior.

*D.Greg. Lib. vlt. Mor. c.12.*

*1. Reg.15. 22.*

*Gen.22.2.*

*Ser. de Abraham & Iſaac p.624.T.3*

VIII. Abrahæ obedientia proponitur.

*D.Greg.*

D.Chr. Ho.47.in Gen.To.1 Pſ.50.16. D.Chryſoſtom. *Conſummata hoſtia ex mente Patriarchę*: Deoque gratiſſima; Hoc ſacrificij genus maximi facit Deus: *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus.* Hoc ipſum eſt, quod laudibus extollit mirificis, quod tantis remunerat beneficijs, vt euidenter oſtendit dum ait: *Per memetipſum iuraui, quia feciſti hanc rem:* q.d. inquit D. Chryſoſtom. *Ego voluntatem coronare ſoleo, & propter mentem præmia præſto* &c. Hanc magnifacio voluntatem, cor æſtimo, cor requiro, cor exopto. De his omnibus fusè aliàs tractauimus Tract.2.n.38 6. varijs adductis doctrinis, S. Scripturæ locis, Patrum ſententijs, nec non hiſtorijs: ſed illa maximè quam enarrat D. Gregor. de S. Epiſcopo Lib.3.Dial.c.10. Fortunato pleniſſimam admiratione. Omni igitur cuſtodia, totâ diligentiâ cuſtodi cor tuum, ipſum eſſe attendas tuæ radicem perditionis: cauſamque damnationis: preces tuas cum Dauide, ad Deum dirige, poſtula: *Cor mundum crea* Pſ. 50. *in me Deus*: illud ſi mundum fuerit, mundæ erunt & manus tuæ, & opera, mundaque facies vtraque in hoc mundo per gratiam, quibus gloriam conſequatis æternam. Amen.

# SVMMARIVM

## HOIMILIÆ VIGESIMÆQVARTÆ SEQVENTIS.

PRoPONITVR nobis in Euangelio Saluator noſter, vt fons ſalutis, do-
mum ingrediens Petri, eius ſocrum, alioſque plurimos infirmos pri-
a §.1. ſtinæ reſtituens valetudini. *a*. Sex articulis diſtinguitur. Primus: circa
Petri perſonam, qui primo in ſtatu vixit coniugali, & demum cœli-
b §.2.3.4.5.6. batus. In hoc docuit, tales eſſe debere ſacerdotes Euangelicos. *b*. In il-
c §.7.8. lo vero ſanctos eſſe poſſe coniugatos. *c*. Secundus: domum loquitur Petri, quam, de-
d §.9. ſertâ Synagogâ, Chriſtus ingreditur. *d*. Tertius: ſocrum narrat in domo Petri febri-
e §.10.11. citantem, nulla namque domus in mundo gaudet à morbis libera. *e*. Quartus: infir-
f §.12.13. mitatis deſcribit qualitatem, quæ ſocrum detinebat: *Tenebatur*. *f*. Erantque febres ar-
g §.14.15. dentiſſimæ: proprium, infirmitatum animæ ſymbolum. *g*. Quintus: Redemptorem
h §.16.17. habet, curantem infirmam, precibus amicorum eius adductum, *h*. & aliorum diſci-
i §.18. pulorum (eſt enim efficax ſanctorum oratio. *i*. maximè verò totius communitatis) *k*.
k §.19.20.21. quam manibus apprehendens ſanauit *l*. Sextus: concludit alios quoque curatos à
l §.22.23. morbis infirmos, impoſitis ſingulis manibus Saluatoris. *m*.
m §.24.

§.1. *Diſcurrit Chriſtus, vt fons hortorum, de quo ſponſa, ſalutis illos rigans fluentis.*

§.2. Socrus Simonis. *Fuerit licet D. Petrus vxoratus, noſtris tamen ſacerdotibus, ob ſacrificii, quod offerunt, puritatem, vxoratos eſſe non permittitur.*

§.3. *Noſtris conuenit ſacerdotibus eſſe continentes, vt ſignatur in neruo Iacob, qui emarcuit, & vndis Iordanis, quæ curſum ſuum ſuſpenderunt.*

§.4. *Oportet ſacerdotes eſſe continentes, vt ſe totos Deo conſecrent. vt Hieremias & Ezechiel, nec non Ægyptiorum ſacerdotes, & ſacerdotiſſæ.*

§.5. *Sacerdotes non alios filios habeant, quàm pauperes, qui in illis nidificent, vt cecinit* David.

§.6. *Inter Apoſtolos, ſolus Petrus vxorem habuit, at illam dimiſit, ſicut alij poſtmodum, quorum vxores dicebantur Epiſcopæ & presbyteræ.*

§.7. *Status matrimonij ſanctus eſt poteſtque matrimonio iunctus ſanctus euadere: vt Enoch, Noë Abraham, Moyſes &c.*

§.8. *Agat coniugatus id quod præcepit Apoſtolus, videatque quid egerit Noë.*

§.9. E-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN